plices manus tendebat in littore. Ruffina
iam nubil' vt suas expectaret nuptias tacēs
fletibus obsecrabat: ꝛ tn̄ siccos oclos tende-
bat ad celum: ipietatem in filios pietatem in
dn̄o sꝑans. Nesciebat se m̄rē vt xp̄i se pro
baret ancillam: torquebatur viscera q̄si a su
is mēbris distraherent̄: cū dolore pugnabat
hic contrarium nature plena fides patieba

tur: imo gaudens aīus appetebat ꝛ amoreꝫ
filiorū maiore in deū amore ꝯtēnens: in sola
eustochio: q̄ ꝛ ꝓpositi ꝛ nauigationis ei⁹ co-
mes erat acquiescebat. Sulcabat interī na-
uis mare ꝛ cūctis qui cū ea vehebant̄ littora
respicientibus. illa v̄sos tenebat oculos: ne
videret qd̄ sine tormento videre non pote
rat. cū ad loca terre sancte v̄eīssꝫ: ꝛ ꝓconsul
palestine qui familiam eius optime nouerat
p̄missis apparitoribus iussisset parari preto
rium: elegit humilem ancillā que cūcta loca
xp̄i vestigiorum tāto ardore ac studio circuī
bat: ꝛ nisi ad reliqua festinaret a primis non
posset. abduci. Prostrataqꝫ an̄ crucē q̄si pē
dentem dn̄ꝫ cerneret adorabat. Ingressaqꝫ
sepulchrum resurrectionis osculabatur lapi
dem: quē ab ostio monumenti amouerat an
gelus: ꝛ ipsum corporis locum in quo domi
nus iacuerat quasi sitiens desideratas aq̄s
fidei ore lābebat. Quid ibi lachrimarū: quā
tum gemituꝫ: quid doloris effunderet testis
est cuncta hiersa: testis est ipe dn̄s quē roga
bat. deide perrexit bethleē: atqꝫ in specū sal
uatoris ingrediens: vidit sacrum virginis
diuersoriū ꝛ me audiente iurabat cernere se
fidei ocul' infantē pannis inuolutum vagien
tem in presepio: dn̄m magos adorātes. stel-
lam fulgentem desup. m̄rē v̄ginem. nutri-
tiū sedulū. pastores nocte venientes: vt vi
derent verbum qd̄ factum erat: quasi tunc
etiam euangeliste Joannis principium de-
dicarent. In principio erat verbum: ꝛ ver-
bum caro factum est: paruulos interfectos.
Herodem seuientem. Joseph ꝛ btām virgi
nem fugientes in egyptum mixtisqꝫ gaudio
lachrymis loquebatur. Salue bethleem do
mus panis in qua natus est panis qui de ce
lo descendit. Salue effrata regio vberrima
cuius fertilitas deus ē. Dauid loquitur cō
fidēter. ¶ Introibimus in tabernaculū ei⁹
adorabimus in loco vbi steterūt pedes ei⁹.
Et ego misera ꝛ peccatrix digna sum iudi-
cata deosculari presepe in q̊ dominus puu-
lus vagijt orare in spelunca in qua virgo pu
erpera deuꝫ fudit īfantē. Hec requies mea:
quia domini mei p̄ria est hic habitabo quoni
am saluator elegit eā. Tāta se humilitate de
iecit. vt q eaꝫ vidisset. ꝛ ꝓ celebritate nois
videri gestisset: ipaꝫ eē n̄ crederet: sꝫ ācillaꝝ

vltimā. Et cū frequentibus choris virginū
cingeretur veste ⁊ voce ac habitu: ⁊ incessu
minima oīuꝫ erat. Nunꝙ post viri mortē vſ
ꝙ ad diem dormitionis sue cū vllo comedit
viro ꝙuis euꝫ sanctū ⁊ in pontificali culmi
ne positū sciret. Balnea nisi periclitans nō
adijt: mollia etiam nisi in grauissima febri le
ctuli strata non habuit: sed super durissimā
humū stratis ciliciolis quiescebat: si tamē il
la quies dicenda ē: que iugibus pene orōni
bus dies noctesꝙ iūgebat. Ita leuia pecca
ta plangebat: vt illā grauissimoꝝ criminum
crederes eē reā. Cūqꝫ a nobis crebrius mo
neret vt parceret oculis: ⁊ eos seruaret euā
gelice lectiōi aiebat. Turbāda ē facies quā
contra dei pceptū purpurisso ⁊ cerusa ⁊ sti
bio sepe depinxi. Affligendū corpus quod
multum vacauit delitijs. Longus risus per
petuo cōpensandus est fletu. Mollia linte
amina ⁊ serica preciosissima asperitate cili
cij cōmutāda: que viro ⁊ mūdo placui nūc
xpo placere desidero. Si inter tales tātasꝙ
virtutes. castitatem in illa voluero pdicare
supfluꝰ videar ī q̄ ēt cū secl'aris eēt oīum ro
me matronaꝝ exemplū fuit: que se ita gessit:
vt nunꝙ de illa etiam maledicoꝝ qcꝙ au
deret fama ꝯfingere. Fateor errorem meum
cū in largiēdo eēt profusior: arguebaꝫ illā ꝓ
ferens de apostolo: non vt alijs refrigerium
sit nobis aūt tribulatio sed ex equalitate in
hoc tempore vt nostra abundantia sit ad il
loꝝ inopiā: ⁊ prouidendū esse ne quod libē
ter facerent sēper facere non possent. Mul
taꝙ huiusmodi que illa mira verecundia ⁊
sermone parcissimo soluebat: testem inuo
cans dominum: se pro illiꝰ nomine cuncta fa
cere: ⁊ hoc habere voti vt mendicans ipsa
moreretur vt vnum nummū filie nō dimit
teret: ⁊ funere suo aliena syndōe inuoluere
tur. Ad extremum inferebat. Ego si petiero
multos inueniam qui mihi tribuant. Iste mē
dicans si a me non acceperit que ei possum
etiam de alieno tribuere: si mortuus fuerit
a quo anima eius requiretur? Nolebat in
his lapidibus effundere pecuniaꝫ qui terra
⁊ seculo transituri sunt: sed in viuis lapidibꝰ
qui voluuntur super terram: de quibus in
apocalipsi Ioānis ciuitas magni regis ex
truit. Exceptis festis diebus: vix oleum in ci
bo accipiebat: vt ex hoc vno extimaret: qd
de vino: ⁊ de liquamine: ⁊ piscibus: ⁊ lacte:
ac melle: ⁊ ouis: ⁊ reliquis que gustu suauissi
ma sunt iudicaret. In quibus sumēdis qui
dam se abstinentissimos putant: ⁊ si his ven
trem ingurgitauerint tutam pudiciciam su
spicantur. Noui susurronem quēdam qd ge
nus hominum vel quasi beniuoluꝫ nunciasse:
vt pre nimio feruore virtutū videretur qui
busdam insana vt cerebrū illius diceres cō
fouendum. Cui illa rn̄dit. theatrum facti su
mus mūdo ⁊ angelis ⁊ hominibus. ¶ Nos
stulti ppter christū sed stultum dei sapienti
us est hominibus. ¶ Post viroꝝ mōasteriū
qd viris tradiderat gubernanduꝫ plēs vir
gines quas ex diuersis puincijs ꝯgregaue
rat tā nobiles ꝙ mediocres ⁊ īfimi generis
in tres turmas ⁊ in mōasteria diuisit: ita dū
taxat ope ⁊ cibo seperata: psalmis ⁊ orōibus
iungerentur. Iurgantes inter se smōe leuis
simo federabat. Lasciuientē adolosctēulaꝝ
carnē crebris ⁊ duplicatis frangebat ieiunijs
malens ei stomachum dolere ꝙ mentem di
cens. mundicia corporis atqꝫ vestium aīe
esse immundiciā: ⁊ qd inter seculi hoīes vel
leue putatur vel nihil in monasterio grauissi
mum dicebat esse delictuꝫ. Cū alijs languē
tibus large preberet oīa ⁊ esuꝫ qꝫ exhiberet
carnium: tamē ipa quando egrotassꝫ sibi nō
indulgebat ⁊ in eo inequalis videbatur: ꝙ
in alijs clementiam in se duritiam cōmuta
bat. Referam quod expertus sum. Mense
iulio feruentissimis estibus incidit in ardo
rem febris ⁊ pꝰ desperationeꝫ cū diuina mi
seratione respirasset ⁊ medici suaderent ob
refectōem corpis vino esse opꝰ tenui ⁊ par
uo ne aquā bibens in hydropesim verteret:
⁊ ego clam beatum episcopum Epiphaniuꝫ
rogarem vt eam moneret: immo cōpelleret
vinum bibere: vt erat prudēs ⁊ solertis inge
nij: statim sensit insidias ⁊ subridens meuꝫ
esse quod ille diceret itimauit. Quid plura?
Cū beatus pōtifex post multa hortamenta
exisset foras q̄renti mihi quid egisset: rn̄dit.
Tātum pfeci vt seni homini pene psuaserit
ne bibam vinū. In luctu mitis erat: ⁊ suoꝝ
mortibus frangebat maxie liberoꝝ. Nā vi
ri ⁊ filioꝝ dormitione piclitata est. Et cū os
stomachūꝙ signaret: ⁊ mris dolorē crucis

niteretur impositione lenire supabat affectum
⁊ credulam mentem parentis viscera ɔster
nabant aioqȝ vincens fragilitatem corporis
vincebatur. Scripturas sacras memoriter
tenebat: ⁊ cū amaret historiam: ⁊ illā vitaȝ
diceret fundamentum magis sequebatur ī
telligentiam spūalē: ⁊ hoc culmen edificatio
nem aīe ꝓtegebat. ¶ Loquor ⁊ aliō qȝ forsā
emulis videaṯ incredulum. Hebreā linguā
quā ego ab adolescentia multo labore ⁊ sudo
re ex parte didici: ⁊ infaticabili meditatiōe
non desero: ne ipse ab ea deserar discere vo
luit ⁊ ɔsecuta est: ita vt psalmos hebraice ca
neret: ⁊ sermonem absqȝ vlla latine lingue ꝓ
prietate personaret. Qȝ quidez vsqȝ hodie
in sancta filia ei⁹ Eustochio cernim⁹. Huc
usqȝ ꝓspere nauigauim⁹ prospis ventꝭ: ⁊ cri
spantia maris equora lambens carina sulca
uit: nunc in scopulis īcurrit orōne. Quis.n.
oculis siccis possꝫ Paulā narrarē morientē?
Incidit in grauissimam valitudinem: imo qȝ
optabat inuenit: vt nos desereret ⁊ dño ple
nius iungereṯ. Quid diu differo: ⁊ dolorem
meuȝ in alijs īmorando facio langorem? Sē
tiebat prudentissima feminaruȝ adesse mor
tem: ⁊ frigescēti alia parte corporis atqȝ mē
broꝝ solum anime teporem in sancto ⁊ sacro
corpore palpitare: ⁊ nihilominus q̄si ad su
os pergeret: alienosqȝ despicerȝ: illos versi
culos susurrabat. Dñe dilexi decorem do
mus tue: ⁊ locuȝ hitationis glorie tue. Et q̄ȝ
dilecta tabernacula tua dñe: Elegi abiectus
esse in domo dei mei. Cunqȝ a me interroga
retur cur taceret: cur nollet rñdere clamāti
an doleret aliqd greco ꝓmone rñdit: nihil se
hēre molestie: sed oīa quieta ⁊ tranquilla re
spicere. Post hoc obmutuit: ⁊ clausis oculis
quasi hūana despiceret vsqȝ ad expirationē
aīe eosdem repeteret versiculos: vt vix au
direm quid diceret. Quem monachorum la
tentium in heremo cellula sua tenuit. Quaȝ
virginum cubiculoꝝ secreta tenuerunt? Sa
crilegium putabat qui non tali femine vlti
mum tendidissȝ officium: dōce subter eccle
siam ⁊ iuxta specū deo condiretur. Venera
bilis filia eius virgo Eustochiuȝ quasi abla
ctata super mr̄em suam abstrahi a parēte nō
poterat deosculari oculos: hererē vultui: to
tum corpus amplexari: ⁊ se cum matre vel
le sepiliri: Testis est ihs: nec vnum quidem
nummum ab ea filie derelictum: sed magis
tribuens egenis: ⁊ qȝ ita difficilius est: fra
truȝ ⁊ sororum imensam multitudinē: quam
⁊ sustentare arduū: ⁊ subijcere impiū ē. Va
le Paula: ⁊ cultoris tui vltimam senectu
tem orationibus iuua.

¶ De nomine sancti Julliani.


Ulianus q̄si iubilus ⁊ ana
qȝ ē sursū ide iulianus q̄si
iubiliā⁹ qr cū iubilo supna
petijt vl' a iuli⁹ qȝ ē sapiēs
⁊ anus. Nam in dei serui
tio fuit senex longanimita
te: sȝ īsipiēs sui reputatōe

¶ De sancto Juliano


Uliāus cenomanēsis eps̄
fuit. hic Simon ille lepro
sus dr̄ fuisse: quē dñs a le
pra sanauit: ⁊ qui dñm ad
conuiuiū inuitatit: q post
ascensionem dñi ab aplīs
cenomanen̄ eps̄ ordinat⁹
est. Hic multis v̄tutibus clarus tres mortu
os suscitauit. Iste dr̄ esse ille Julian⁹ qui ab
itinerātibus pro inueniendo bono hospitio
inuocatur: eo ꝙ in domo eius dominus fu
erit hospitatus. Sȝ verius vr̄ esse alius iu
lianus: qui .s. vtrunqȝ parenteȝ ignoranṯ oc
cidit. Fuit ⁊ alius Julianus de aluernia no
bilis genere: sed fide nobilior qui desiderio
martyrij se vltro persecutoribus offerebat.
Tandem Crispinus ɔsularis misit ministrū
⁊ eum occidi mandauit. Qȝ sentiens iulia
nus sponte foras prosilijt: furētiqȝ ⁊ querēti
intrepidus se opponens protinus ictū ferie
tis excepit. Cuius caput leuātes ad sanctū
Ferreolum iuliani socium detulerunt: ⁊ eidē
mortem silem minabantur nisi ꝓtius immo
laret. Quib⁹ cū assentire nolet eū occiderūt:
⁊ caput sancti Juliani cū corpore sancti Fer
reoli in vno tumulo posuerunt. Et post mul
tos annos Mamertus .s. viēnensis eps̄ in
uenit caput sancti iuliani inter māus sancti
Ferreoli ita illesum ⁊ integrum ac si eodem
die fuisset sepultū. Inter cetera h⁹ sancti mi
racula solet referri. Qr cū quidā diaconus
oues ecclesie sancti iuliani raperet: ⁊ pastores
eidem ex parte sancti iuliani ꝓhiberent: ille

rn̄dit. Julianus nō comedit arietes. Et ecce
post modicū febre vehemētissima purgetur:
⁊ inualescēte febre ꝙ a martyre incēdit con
fitetur. Fecitqȝ sup se iactari aquaȝ vt refri
geraretur. Sȝ statim tantus fumus ⁊ fetor
de corpore eius exijt: vt cuncti qui aderant
fugerent ⁊ post ipē modicū expiraret. ¶ Cū
quidam rusticus: vt ait Grego. turonensis
in die dn̄ica arare vellet ꝓtinus ꝯtractꝭ digi
tis manubriū securis cū qua vomereȝ mūda
re volebat eius dextre adhesit. Sȝ post du
os annos in ecclesia sancti iuliani ad eius ꝑ
ces curatus est. Fuit īsup alius iulianus fra
ter. b. Julij. Hi duo fratres ad Theodosiū i
peratorem xp̄ianissimi venerunt petentes
vt tēpla idoloꝝ vbicūqȝ inuenirent destrue
rent. ⁊ xp̄i eccl'ias edificarent. Qd̄ impator
libenter faciens ꝯscripsit vt oēs eius debe
ant obedire: ⁊ eos in oībus sb̄ pena capitis
adiuuare. Cum igr̄ bti iulianus ⁊ iulius in
loco q dr̄ gaudianū ecclesiā fabricarēt: ⁊ cū
cti transeuntes eos in ope ob impatoris īpe
riuȝ adiuuarent: ꝯtigit vt quidā cū carro in
de transitum facerent: q dixerunt adinuicē
Quā excusationē ꝑtendere poterimus vt li
beri transeamus: ⁊ ī ope isto nō occupemur
dixeruntqȝ. Proijciamus vnum ex nobis ī
plaustrū supinū: ⁊ eū pānis coopiamus: di
cemusqȝ ꝙ hoīeȝ mortuū ī vehiculo hēmus
⁊ sic liberi transire poterimus: arripiētesqȝ
hoīeȝ vnum sup plaustrum ꝓiecerūt: eiqȝ di
xerunt sile: ⁊ oculos claude: ⁊ ꝗusqȝ transie
rimus q̄i mortuus iace. Cūqȝ hoīeȝ tāqȝ mor
tuum coopuissent: ⁊ vsꝫ ad famulos dei iuli
anū ⁊ iuliū venissent dixerunt eis fui dei.
Filioli parūper sb̄sistite: ⁊ nos in hoc ope mo
dicū adiuuate: qui rn̄derūt. Non possumus
h̄ stare: qm̄ hoīem mortuū in plaustro hēmꝰ
quibus sanctus iulianus dixit. Ut quid ita
mentimini filij: ⁊ illi. Non mētimur domine
sed sic ē vt loquimur. ⁊ sanctus iulianus di
xit. Scd̄m veritatem dicti vr̄i ita vobis cō
tingat. Et illi boues pūgentes ꝑtransierūt.
Cūqȝ ꝓcul ꝑtransissent accedētes ad carꝝ
ceperūt collegā suum vocare ex noīe dicēs.
Surge āmō ⁊ stimula boues vt celerius trā
seamus. Cū aūt nullatenus se moueret: euȝ
pulsare ceperunt dicentes. Ut qd deliras:
surge ⁊ stimula boues. Sȝ cū nullatenus il
le surgeret nec responderet: accedentes ad
eū discooperuerunt: ⁊ mortuum inuenerūt:
tātusqȝ timor ipos ⁊ ceteros inuasit: vt nul
lus decetero famulo dei mētiri auderet. Fu
it etiam alius iulianus: qui vtrunqȝ paren
tem nesciens occidit. Cū enim iulianus ꝑdi
ctus iuuenis ac nobilis quadā die venatōi ī
sisteret: ⁊ quendā ceruuȝ repertum inseque
retur: subito ceruus versus eum diuino nu
tu se vtit: eiqȝ dixit. Tu me insequeris q pa
tris ⁊ mr̄is tue occisor eris. Qd̄ ille audiēs
vehementer extimuit: ⁊ ne sibi forte contin
geret qd̄ a ceruo audierat: relictꝭ omnibus
clam discessit: ⁊ ad regionem valde remotā
peruenit: ibiqȝ cuidam principi adhesit: ⁊
tam strēnue vbiqȝ ⁊ in bello ⁊ ī palatio se ha
buit: ꝙ principem militie eum fec: ⁊ quandā
castelanam viduam in coniugeȝ ei tradidit:
⁊ castellū ꝓ dote accepit. Interea parentes
iuliani ꝓ amissione filij nimiū dolētes vaga
būdi vbiqȝ ꝑgebāt: ⁊ filiū suū sollicite reqre
bāt. Tādē ad castrū cui Julia. ꝑerat deuene
rūt. Tūc āt iulianus a castro casu recesserat:
quos cū vxor iuliani vidisset ⁊ quā cēnt igsi
uisset. Et illi oīa q̄ filio suo acciderant enar
rassēt. Intellexit ꝙ viri sui parētes erāt vt
pote qr̄ h̄ a viro suo forte frequēt audierat.
ipos igr̄ bēigne suscepit: ⁊ ꝓ amore viri sui
lectū suū eis dimisit: ⁊ ipa sibi alibi lectuluȝ
collocauit scd̄o āt mā̄e castellana ad eccliā pre
xit: ⁊ ecce iulianꝰ mā̄e vēiēs in thalamū: q̄si
vxorē suā excitaturus intrauit: ⁊ īueniēs du
os parit dormientes: vxorē cū adultero suo
suspicat: silēt extracto gladio ambos parit ī
teremit. Exiēs āt domū vidit vxoreȝ eiꝰ ab
eccl'ia reuertētē: ⁊ admirās interrogauit q
nā essent illi q in suo lecto dormirēt. At illa
ait. Parētes vestri sunt q vos diutissime q̄
sierūt: et eos in vr̄o thalamo collocaui. Qd̄
ille audiēs pene exanimis effectus amarissi
me flere cepit ac dicer. heu miser qd faciā qr
dulcissimos meos parētes occidi: Ecce iple
tū est vbū cerui: ꝙ dū vitare volui miserri
mus adipleui. Jā vale soror dulcissima: qr
decetero nō qescā donec sciā qd̄ ds̄ pēitētiā
meā acceptauerit. Cui illa. absit dulcissime
frater: vt te deserā ⁊ sine me abeas. Sȝ que
fui tecuȝ ꝑticeps gaudij ero particeps ⁊ do
loris. Tūc insimul recedētes iuxta quoddā

magnū flumē vbi multi piclitabant̄ quoddā
hospitale maximuȝ statuerent: vt ibi pniām
facerēt: ⁊ oēs q vellent trāsire fluuiū incessā
ter trāsueherēt: ⁊ hospitio vniuersos paupe
res r̄ciperēt. Post multū vo tpis media no
cte dū iulianus fessus quiesceret ⁊ gelu gra
ue eēt: audiuit vocē se miserabiliter lamen-
tantē: ac iulianum vt se traduceret voce lu
gubri inuocantē: qd̄ ille audiēs ꝯcitus surre
xit: ⁊ iā gelu ipsū deficientē inueniēs in do-
mū suam portauit ⁊ ignē accendēs ipsū ca-
lefacere studuit. Sȝ cū calefieri nō posset: ⁊
ne ibi d̄ficeret timēs: ipsū i lectulū suū ꝑporta
uit ⁊ diligēt̄ cooꝑuit. Post paululū ille q̄ ifir
mus ⁊ q̄si leprosus appuerat splēdidus scā
dit ad ethera ⁊ hospiti suo dixit: Juliane do
minus misit me ad te mādans tibi ꝙ tuā pe
nitētiā acceptauit: ⁊ ābo post modicū i dn̄o
q̄escetis. Sicqȝ ille disparuit: ⁊ iulianus cū
vxore sua post modicū plenus bonis opibus
⁊ elymis i dn̄o requieuit. ¶ Fuit ⁊ alius Ju-
lianus nō quidē scūs sed sceleratissimus .s.
iulianus apostata: hic iulianus pri⁹ fuit mo
nachus ⁊ magne religiōis simulator. Que-
dā aūt mulier vt refert magister beleth in sū
ma de officio eccl'ie: hn̄s tres ollas plenas
auri: auꝝ illud in orificijs ollaꝝ cinere ne ap
pareret opuit: ⁊ p̄dictas ollas iuliano queȝ
sāctissimū hoiem existimabat corā q̄busdam
monachis seruādas tradidit. ꝙ aūt auꝝ ibi
dē eēt nō al'r īdicauit. Julianus igit̄ p̄dictas
ollas accipiēs: ⁊ tā copiosū auꝝ ibidē inue-
niēs totū illud auꝝ furatus est: ⁊ ollas īple-
uit cinere. Post aliqd̄ tp̄s cū mulier deposi
tū suū requireret ille ollas cū cinere sibi red
didit. Cū vo auꝝ regreret ꝯuincere illū non
potuit: q2 de auro testes nō hūerat: q̄m mo-
nachi corā q̄bus h̄ sibi tradiderat nil in eis
nisi cinerē viderāt: ⁊ sic auꝝ obtinuit cuȝ q̄
romā fugit. ꝑ illud auꝝ sequēti tp̄e rom̄ ꝯ ob
tinuit ꝯsulatū: deinde īperiū sublimat⁹ est.
Qui cū īstructus eēt a pueritia in arte ma-
gica ⁊ multū sibi placeret magistros ide plu
res secū hēbat. ¶ Die aūt q̄dā sicut i histo
ria triptita habet̄ cū puer adhuc eēt: ⁊ rece
dēte mḡro suo solus remāsisset: ⁊ adiuratio
nes demonū legere icepisset: añ eū maxia m'l
titudo d̄monū īstar ethiopū nigroꝝ aduenit
Tūc iulian⁹ h̄ vidēs ⁊ metuēs signū crucis
ꝓtinus fecit: ⁊ oīs illa m'ltitudo d̄monū eua
nuit. qd̄ cū mḡro reuertēti qd sibi accideret
retulisset: dixit ei mḡr suus: h̄ signuȝ crucis
maxie demōes odiūt ⁊ timēt. Sublimatus
igit̄ in īperiū huius rei memorās cū ꝑ arteȝ
magicā opari vellet apostatauit: ⁊ signū cru
cis vbiqȝ destruxit: ac xp̄ianos inquātū po
tuit ꝑsecutus ē: putās ꝙ al'r demōes sibi mi
nime obedirēt. Descēdēs aūt iulianus i ꝑsi
dem sicut legit̄ in vitis patrū: misit d̄monē
in occidētē: vt sibi inde deportaret r̄nsum.
Cū aūt demō ad quēdā locū venisset ꝑ .x. di
es ibidē imobilis stetit: q2 q̄dā monach⁹ ibi-
dem die ac nocte orabat: ⁊ ei sine effectu re-
gresso dixit iulianus. quare tātū tardasti: q
r̄ndit. Sustinui ꝑ decē dies publicū mona
chū si forte ab oratiōe cessaret ⁊ trāsire pos-
sem. Cūqȝ nō cessaret ꝓhibit⁹ sū trāsire: ⁊ re
di nihil agēs. Tūc idignat⁹ iulian⁹ dixit ꝙ
cū illuc veniret vindictā de illo mōacho fa
ceret. Cū ḡ de ꝑsis victoriā sibi demōes ꝓ
mitterēt sophista suus dixit cuidaȝ xp̄iano.
Quid putas nūc facit fabri filius. ⁊ ille. Se
pulchꝝ parat iuliano. Dū igit̄ vt i historia
sci Basilii legit̄: ⁊ Fulbertus carnotēsis ep̄s
testat̄: Cesareā cappadocie deuenisset. scūs
basilius eidē occurrit ⁊ quatuor panes orde
aceos ꝓ munere ei misit. At iulian⁹ īdigna
tus eos recipe ꝯtēpsit: ⁊ ꝓ panibus fenū si-
bi misit dicēs. Pabulū nobis irrōnabilium
aīaliū obtulisti: recipe qd̄ misisti. r̄ndit basi-
lius. Nos quidē qd̄ comedimus misimus:
tu vo dedisti nobis vn̄ bestias tuas nutris.
Ob h̄ iratus iulianus r̄ndit. Cū ꝑsas sube-
gero hāc vrbē destruam ⁊ arabo: vt farrifar
magis q̄ȝ hōfar noiet̄. Sequēti aūt nocte vi
dit basilius i eccl'ia scē marie i visu m'ltitudi
nē āgeloꝝ ⁊ i medio eoꝝ q̄ȝdā feminā i thro
no stātē ⁊ astātib⁹ dicentē. Uocate mihi cito
mercuriū q iulianū apostatā occidat: q me ⁊
filiū meū sꝑbe blasphemat. Erat āt mercu
rius miles q ab ipo iuliāo ꝓ fide xp̄i fuerat i
t̄fect⁹ ⁊ i eadē eccl'a erat sepult⁹: statiqȝ scūs
mercuri⁹ cū armis suis q̄ ibi s̄uabāt̄ affuit ⁊
iussus ab ea i ꝑliū se ꝑꝑauit. expgescūs itaqȝ
basili⁹ ad locū vbi scūs mercuri⁹ cū armis su
is q̄escebat iuit ⁊ monumētū suū apiēs: nec
corp⁹ ibidē reꝑꝑit: nec arma īuēit. tūc custo-
dē q̄s arma asportauerit iquisiuit. Jlle vero

cū iuramento affirmabat eodē vespere ibi dom fuisse: vbi perpetuo seruabantur. Inde igr Basilius recedens: ꝛ mane illuc rediēs inuenit ibidem corpus eius ꝛ arma: ꝛ lāceā sanguine cruentatā. Et ecce quidam de exercitu rediens dixit. Cū iulianus impator i exercitu morareť: ecce quidā miles ignotus cū armis suis ꝛ lancea veniēs ꝛ calcaribus vrgēs equū: audaci mēte iulianū impatorē impetijt: ꝛ lanceam fortiter vibrans ipsum valide per mediū perforauit: ꝛ subito abscedens nusq̄ cōparuit. Ille vō iulianus dum adhuc spiraret sanguine suo manum suam i plevit: sicut diciť in historia tripartita: ꝛ in aera piecit dicens. Vicisti galilee: vicisti: sicq̄ in his vocibus miserabiliť expirauit. Ab oībus aūt suis insepultus relinquitur: ꝛ a persis excoriatur: ꝛ de corio suo regi persarū substratorium efficitur.



Icto de festiuitatibus q̄ occurūt infra tēpus qd ptim continetur sub tempore recōciliationis: parti sub tēpore peregrinatiōis: qd tēpus repn̄tat eccl'ia a natiuitate xpi vsq̄ ad septuagesimam. Sequiť videre de festiuitatibus q̄ eueniunt infra tp̄s deuiatiōis qd incepit ab Adā ꝛ durauit vsq̄ ad Moysen: qd tp̄s repn̄tat eccl'ia a septuage^a vsq̄ ad pasca.

¶ De septuagesima.



Eptuagesima signat tēpus deuiatiōis. sexagesima tp̄s viduationis: quinq̄gesima tp̄s remissionis: quadragesima tp̄s penitētie spiritualis. Inchoatur autem septuagesima a dominica in qua cantatur. Circundederunt me ꝛc. Et terminať in sabbato post pascha. Instituta aūt est septuagesima propter tres rōnes sicut inuiť in officio magr̄i Ioānis beleth. s. pp redemptionem: qm̄ sci patres statuerunt vt pp venerationem diei ascensionis in qua natura nostra celos ascēdit: ꝛ sup choros angelorū sublimata est semp ipa qnta dies solēnis ꝛ celebris hēretur: ꝛ in ea ieiuniū non obseruareť: q: in primitiua eccl'ia eque solēnis erat sicut pma feria. Vn̄ ꝛ tūc solēnis pcessio fiebat ad repn̄tandū processionem discipulorū vl' ip̄orū angelorum: vn̄ in vulgare puerbiū versū ē vt diei dn̄ice dicať cognata dies iouis: q: antiquitus fuit eque solēnis: sed festa scōꝝ superauerunt: ꝛ celebrare tot festa erat onerosū: vn̄ solēnitas illa cessauit In redēptionem ḡ illoꝝ dieꝝ sancti patres vnā septimanā q̄dragesime in abstinētia addiderūt ꝛ septuagesimā vocauerunt. Alia est pp significationem: qm̄ p h' tp̄s significatur deuotio: exiliū: ꝛ tribulatio totius humani generis ab Adā vsq̄ ad finē mundi. Qd quidē exiliū sub reuolutiōe septē dieꝝ pagitur ꝛ sub reuolutōe septē milliūānoꝝ icludiť p septuagita. n. dies septuagita cētenas annoꝝ itelligimus. Ab initio autē mūdi vsq̄ ad ascensionē sex millia annoꝝ cōputamus Et tūc vō quicqd tpis sequiť vsq̄ ad finem mūdi sub septimo millenario cōprehēdim⁹ cuius terminū solus deus nouit. Nos igitur xp̄s in sexta etate mundi ab h' exilio i spe eterne retributiōis reddita innocētie stola: p baptismum eripuit. Sꝫ cōsumato tpe nr̄i exili vtraq̄ nos decorabit. Hinc ē q: i hoc tpe deuiatiōis ꝛ exilij cātica letitie deponimus: sꝫ tn̄ in sabbato pasce vnū all'a decātamus tanq̄ in spe eterne pr̄e gratulātes: ꝛ stolā innocētie in sexta mundi etate p xp̄m recuperantes. Cui etiā tractus subijciť per quē significať labor quē adhuc ad ipletionē mādatoꝝ dei hr̄e debemus. In sabbato p⁹ pascha in q̄: vt dictū est: terminať septuagesima duo all'a cantamus: q: cōpleto huius mundi termino duplicem stolā gl'ie ꝯsequamur. Alia rō est pp repn̄tationē: qm̄ septuagesima repn̄tat septuaginta annos: qbus filij israel sub captiuitate babillonyca fuerūt Et quēadmodum illi deposuerunt organa sua dicentes. Quō cantabimus canticū dn̄i ꝛc. Sic ꝛ nos cātica laudis deponimus. postea vō data eis licētia redeūdi a Cyro sexagesimo anno ceperunt letari. Et nos quoq̄ i sabbato pasce tanq̄ in sexagesimo anno all'a cantamus: eoꝝ repn̄sentādo letitiā. Sꝫ tn̄ illi in apparatu reditus ꝛ in colligēdo sarcinulas multū laborauerunt. Et nos post all'a tractum statim subiungimus: qui laborē significat. Sabbato autē q̄ septuagesima terminatur: duo all'a cantamus eoꝝ plenā leti-

tiam pquã puenerunt in patriã figurantes. Hoc etiã tps captiuitatis ⁊ exilij filiorum israel repñtat tps nr̃e pegrinatiõis: q: sicut ipsi in sexagesimo ãno sunt liberati. sic nos in sexta mũdi etate. Et sicut adhuc in colligendo far cinulas laborauerunt: sic ⁊ nos ẽt liberati in cõpletione mandatorum laboramus: sʒ cuʒ ad p̃riã peruentũ fuerit labor oĩs cessabit: ⁊ glia perfecta erit ⁊ duplex all'a in corpore ⁊ aĩa cantabimus. In h igr̃ tpe exilij ecclesia mlt̃is tribulationibus p̃ssa: ⁊ fere in baratro despe rationis posita ab alto trahens suspiria clamat in officio ⁊ dicit. Circũdederũt me gemitus mortis ⁊c̃. Et oñdit eccl'ia mlt̃iplicẽ sui tribulationẽ quã hʒ: ⁊ pro miseria ꝯtcta: ⁊ p duplici pena inflicta: ⁊ pro culpa quo ad aliquos cõmissa. Sed tñ ne despet pponit ei i euangelio ⁊ in epistola triplex salubre remedium: ⁊ triplex p̃mium. Remedium est vt si ab illis vult perfecte liberari in vinea aie sue laboret abscidendo vitia ⁊ pctã: postea i stadio p̃ñtis vite currat per pẽitentie opera: deinde viriliter in agone pugnet ꝯ oia diaboli tentamenta. Et si hoc fecerit triplex p̃mium hẽbit: q: laboranti dabitur denarius: currenti brauium: pugnanti corona. Quia ẽt septuagesima significat tps nr̃e captiuitatis pponit̃ nobis remedium p quod a captiuitate possumus liberari. s. per cursum fugiẽdo per pugnam preliando: per denarium redimendo.

De sexagesima.



Sexagesima inchoat̃ in dñica: in qua cantat̃. Exurge quare obdormis dñe ⁊ terminat̃ in quarta feria post pasca. Instituta est aũt pp redemptionem: ⁊ pp repre sentationeʒ. Propter redẽptionem. qm̃ Melchiades papa ⁊ btũs Silvester statuerunt: vt bis in oĩ sabbato comederet̃ ne pp abstinentiam quã hoĩes sustinuerant in sexta feria: in qua oĩ tpe ieiunandũ est natura debilitaret̃. In redẽptiõe g̃ sabbatorum illius tpis vnã septimanã quadragesime addiderunt: ⁊ sexagesimã vocauerunt. Alia rõ est pp significationem: qm̃ sexagesima significat tps viduitatis eccl'ie ⁊ merore illius pro absentia spõsi: qm̃ fructus sexagesimus debetur viduis. In consolatione aũt pro absentia sponsi qui ad celos raptus est dantur eccl'ie due alie. s. sex operum misericordie exercitatio: ⁊ decalogi ipletio: Vñ sexagesima sonat sexdeci: vt per sex intelligant̃ sex opera misericordie per decẽ decalogus intelligat̃. Tertia rõ est propter redemptionem. Nã sexagesima nõ solum significat tps viduitatis: sed ẽtmysterium nostre redẽptionis repñsentat. Nam per decẽ intelligitur hõ qui est decima dragma: eo q factus sit vt ruinam nonẽ ordinum repararet. Vel intelligitur per decẽ: eo q ꝯstat ex quatuor humoribus q̃tm ad corpus: ⁊ habet tres potẽtias in aĩa. s. memoriam: intelligentiã: ⁊ voluntatem: que facte sunt vt fuiant beatissime trinitati: vt in ipsam fideliter credamus: ipsã feruenter diligamus ⁊ semp memoriã teneamus. Per sex intelliguntur sex misteria per que homo decimus est redemptus: que sũt: incarnatio: natiuitas: passio: descẽsio ad inferos: resurrectio: ⁊ in celum ascensio. Et ptenditur sexagesima vsqꝫ ad quartaʒ feriaʒ post pasca in qua cantat̃: Venite benedicti patris mei. q: illi qui in operibus misericordie se exercent audient istud. Venite bñdicti. vt ipẽ xp̃us testat̃. vbi tũc sponse ianua aperiet̃: ⁊ amplexu sponsi fruet̃. In epistola Pauli admonet̃ vt instar pauli tribulatiõeʒ de absentia spõsi patient̃ toleret. in euãgelio vt seminationi bonorum opum semp insistat ⁊ que quasi desperans clamauerat: Circũdederunt me ⁊c̃. Nunc quoqꝫ ad se rediens petit in officio in tribulatiõibus adiuuari: ⁊ ab ipsis eripi dicẽs. Exurge dñe ⁊c̃. Et ponit ibi triplex exurge. Quidã .n. sunt in eccl'ia qui aduersis p̃mũtur sʒ non deijciũtur. Quidã qui p̃munt̃ ⁊ deijciuntur. Quidã qui nec p̃muntur nec deijciuntur: tñ qui aduersa nõ tolerant periculũ est ne psp̃era ipsos frãgãt. Clamat ergo ecclesia vt exurgat quantum ad primos ipsos confortãdo. cũ dormire videantur ipsos non eripiendo. Clamat vt exurgat quantum ad secundos ipsos conuertendo a quibus videtur faciem auertisse ipsos quodammodo repellendo. Clamat vt exurgat quantũ ad tertios: vt prosperis ad iuuando ⁊ liberando.

De quinquagesima.

De quinquagesima



Uinquagesima durat a do
minica: in q̃ cantat᷑. Esto.
mihi in deuz protectorem
⁊c̃. ⁊ terminatur in ip̃o die
pasce. Instituta est aũt ꝑꝑ
suppletionem: ⁊ ꝑꝑ signifi
cationez: ⁊ propter repn̄ta
tionem. Propter supplectionem. qm̄ cū de
beamus quadraginta diebus ieiunare ad si
militudinē xp̄i: ⁊ non sunt tibi nisi trigita sex
dies ieiunabiles: q꞉ in dn̄icis non ieiunatur
generaliter: tū ꝑpter letitiam ⁊ reuerentiā
resurrectiōis: tū exēplo xp̄i: qui ipsa die resur
rectiōis bis comedit. s. qn̄ intrauit ad disci
pulos ianuis clausis: ⁊ illi obtulerunt ei ꝑtē
piscis assi ⁊ fauū mellis: ⁊ iterum cū discipu
lis eūtibus in emaus ſm quosdam: iō ꝓ sup
plectione dn̄icarum additi sūt quatuor dies
Et iteruz clerici videntes ꝙ sicut p̄cedebāt
populū ordine: ita p̄cedere deberēt scitate.
¶ Per duos iterū dies ante illos quatuor
abstinere ⁊ ieiunare incipiunt. ⁊ sic vna sep
timana addita est: que ⁊ quinquagesima no
minatur. Et hoc papa Thelesphorus ordia
uit: vt ait Ambro. Alia rō est propter signifi
cationes. qm̄ quinquagesima significat tp̄s
remissionis. i. penitentie in qua oīa remittū
tur. Quinquagesimus. n. annus erat iubile
us qui erat annus remissionis: q꞉ tunc debi
ta remittebantur: serui liberabātur: ⁊ oēs ad
suas possessiones reuertebantur. Per qδ si
gnificabatur ꝙ per penitentiam dimittūtur
debita peccatoꝝ. liberantur oēs a seruitute
demonū ⁊ reuertuntur ad possessiones cele
stium māsionū. Tertia rō propter repn̄tatio
nem: nā quinquagesima non solum tp̄s remis
sionis significat. sed Et statū beatitudinis re
presentat. ¶ Nā in quinquagesimo āno serui
efficiebant᷑ liberi. In quinq̃gesimo die a die
agni īmolati lex data est. In quinquagesimo
die a pasca datꝰ est spiritꝰ scūs. Et iō huius
numerꝰ beatitudinem repn̄tat: vbi erit ade
ptio libtatꝭ: cognitio veritatꝭ: ⁊ ꝑfectio chari-
tatꝭ. Tria autem sunt necessaria que p̄ponun
tur nobis in epistola ⁊ in euangelio ad hoc ꝙ
opa penitentie sint perfecta. s. charitas que
p̄ponitur in epistola: memoria dn̄ice passio
nis: ⁊ fides que intelligitur per illuminatio-
nem ceci: ⁊ hec ponunt᷑ in euangelio. Nam
fides ip̄a opa facit acceptabilia. q꞉ sine fide
ipo'e est placere deo. Memoria dn̄ice pas
siōis facilia. Aū grego. Si passio xp̄i ad me
moriam reducitur nihil est qδ non equo aīo
toleretur: charitas facit esse ꝯtinua. q꞉ sicut
dicit Grego.. Amor dei non potest esse ocio
sus. opatur. n. magna si est. Si aūt opari ne
gligit amor nō est. Et sicut in p̄ncipio eccl'ia
q̄si desperans clamauerat. Circūdederunt
me ⁊c̃. ⁊ postmodū ad se rediēs adiuuari pe
tebat: ita hec iā ꝯcepta fiducia ⁊ spe venie ꝓ
pter penitentiā orat ⁊ dicit: Esto mihi ī deū
⁊c̃. vbi quatuor petit. s. ꝓtectōez: firmamen
tum: refugium: ⁊ ducatum. Omnes. n. filij
sui aut sunt in gr̄a aut sunt in culpa: aut i ad
uersis: aut in prosperis. Illis qui sunt ī gr̄a
petit firmamentum: vt. s. in ipsa gr̄a confir-
mentur. Illis q sunt in culpa petit vt δs sit
eorum refugium. Illis qui sunt in aduersis
petit protectionez: vt in ipsis tribulationibꝰ
ꝓtegantur. Illis qui sunt in prosperis petit
ducatū vt. s. in ipsis a deo innocenter ducā
tur. Terminatur aūt q̄nquagisima: vt dcm̄
est in die pasce. q꞉ pn̄ia ad nouitatem vite
fac̄ resurgere. In h̄ tp̄e psalmꝰ pn̄ie ⁊ remis-
sionis plurimū freq̄ntat᷑.

¶ De quadragesima.

Uadragesima incipit domi-
nica qua cantatur. Inuoca-
uit me: Ubi ecclesia que tot
tribulatiōibus pressa clama
uerat. Circundederunt me
⁊c̃. postmodum respirauerat
inuocando adiutoriuz dicēs
Exurge domine ⁊ esto mihi in deum prote
ctorez: nūc oñdit exauditā dicens. Inuoca-
uit me ⁊c̃. Notandū āt ꝙ quadragesima cō
tinet. 42. dies ꝯputatꝭ dn̄icis diebꝰ ex q̄bus
dū sex dies dominicales subtrahunt᷑ rema
nent. 36. dies in abstinētia: qui sunt decima
totius anni. Annus. n. hꝫ trecētos sexagita-
quinqꝫ dies trigita sex sunt decima: Sꝫ q̄tu
or dies p̄cedentes addunt᷑ vt sacer nume-
rus q̄dragita dieꝝ ipleat᷑. quē saluator suo
ieiunio ꝯsecrauit. Quare āt i h̄ numero qua
dragenario ieiunū obseruamꝰ triplex rō as-
signari pōt. ¶ Prima est Aug. qm̄ Math.
40. generatōes xp̄i posuit. Ad h̄ igr̄ dn̄s suo
q̄dragenario nūero ad nos descēdit: vt nos

ad eū nr̄o q̄dragenario ascēdamus. Aliā assignat idez dicens Ad hoc vt habeamus q̄dragenariū q̄dragenario addēdus est denarius: q2 ad h vt veniamus ad btā3 regez o3 nos toto pn̄tis vite tpe laborare. Vn̄ ꝛ dominus q̄draginta diebus cū discipulis mā- scit. ꝛ pꝰ decia die spm̄ scu3 paraclytu3 misit Tertiā assignat magister ꝑpositiuꝰ i sūma ꝺ officio dicēs. Mūdus in q̄tuor partes ꝛ annus in q̄tuor tpa: diuidit. ꝛ hō ex q̄tuor elemētis: ꝛ q̄tuor ꝯplexionibus ꝯstitutus. ꝛ nouā legem q̄ in q̄tuor euangelistis ꝯsistit ꝛ veterē que in decē mandatis transgressi sumus. Oportet igr̄ vt denarius ꝑ q̄ternariū multiplicet vt sic q̄draginta faciamus. i. mādata veteris ꝛ noue legis toto tpe vite huius impleamus. Consistit qdem corpus nr̄m. sicut diximus ex q̄tuor elemētis: que ꝛ q̄si q̄tuor sedes in nobis habent. Nā ignis ī oculis: aer in lingua ꝛ auribus: aq̄ in genitalibus: terra in manibus ꝛ alijs membris dn̄at. In ocl'is igr̄ curiositas: in lingua ꝛ auribus scurilitas in gēitalibus voluptas: in māibus ꝛ ī alijs membris ē crudelitas. Hec quatuor ꝯfitet publicanus q2. n. a lōge stat ꝯfitet luxuriā: q̄ est fetida: quasi dicat non audeo apropinquare dn̄e ne innaribus tuis fetcā ꝙ nō audet ocl'os ad celū leuare: ꝯfitet curiositatez: ꝙ manu ꝑcutit pectus: ꝯfitet crudelitatez: ꝙ dicit ꝓpitius esto mihi peccatori scurrilitatē. Nā scurre ꝯsueuerūt vocari peccatores: vel potius lecetores. Hec ꝑpositiuus. Gregꝰ. quoq3 in omelia tres ponit rōnes dicens. Cur in abstinentia quadragēarius numerus custodit: nisi q2 virtus decalogi ꝑ libros quatuor sci euangelij iplet: in h. n. mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus: ꝛ ꝑ voluptates eiusdē corpis ꝑceptis dn̄icis ꝯtriamur. Quia ḡ ꝑ carnis desideria decalogi mandata ꝯtempsimus: dignū ē vt eandē carnem quaterdecies affligamus. A pn̄ti quoq3 die vsq3 ad pasca sex hebdomade. i. quadraginta duo dies veniūt: ex qbus dū sex dies dn̄ici de abstinentia abstrahunt triginta sex de abstinentia remanent. dū vō per trecētos sexagintaqnq3 dies annus ducit: quasi ānī nr̄i decimas deo damus. Hec Greg. Quare aūt non obseruamus nr̄m ieiunium eodez tpe quo xp̄s ieiunauit: qui statim post baptismū istud inchoauit: s3 cū pascā potius istud ꝯtinuamus: quadruplex rō assignat in summa de officio magr̄i ioannis beleth. ¶ Prima est vt si volumus cū xp̄o resurgere cū pro nobis xp̄s est passus ꝛ nos cū eo pati ꝺbemus. ¶ Scd̄a cā est: vt per h filios israel imitemur: qui sicut primo eo tpe exierunt de egipto post eo tpe ꝺ babylonia. Nō inde ꝓbat: qm̄ ta3 isti q̄3 illi qn̄ egressi sunt celebrauerunt pascha: sic ꝛ nos imitantes eos hoc tpe ieiunamus: vt de egypto ꝛ babylonia. i. hoc mūdo: in terram eterne hereditatis ingredi mereamur. ¶ Tertia cā ē qm̄ seruor libidinis tēpore veris magis solet nos accendere. Vt ḡ refrenemus corpis estū in hoc tpe maxīe ieiunamus. ¶ Quarta est q2 stati3 post ieiunium debemus corpus dn̄i accipere. Sicut ḡ filij israel priusq̄3 comederent agnū se affligebant: ꝛ comedebāt agrestas lactucas ꝛ amaras: ita nos debemus ꝑ pn̄iam ꝑ̄us affligi: vt digni valeamꝰ comedere agnū vite.

¶ De quatuor temporibus.

Ieiunia quatuor tempor3 a Calixto Papa instituta sunt. Fiunt autem hec ieiunia quat in āno: ꝭm quatuor tēpora ipius anni. Et huius multiplex est ratio. ¶ Prima qm̄ ver est calidū ꝛ humidu3: estas est calida ꝛ sicca: autūnus frigidus ꝛ siccus: hiems frigida ꝛ humida. Ieiunamus igr̄ in vere: vt noxiū humorem. i. luxuriā in nobis temperemus. In estate vt noxiū calorē. i. auaritiam in nobis castigemus. In autūno: vt castigemus ariditatē supbie. In hyeme vt castigemus frigus infidelitatis ꝛ malitie. ¶ Secunda rō est quare. s. quater in anno ieiunamus: qm̄ prima huiuscemodi ieiunia fiunt in martio. s. in prima septimana quadragesime: vt in nobis marcescant vitia. non. n. oino pn̄t extingui. vel potius vt in nobis v̄tutū germīa oriantur. In estate fiunt secūda ꝛ in septimana pētecostes: q2 tunc vēit spūs sanctus: ꝛ nos debemus esse feruentes in spū scō. In septēbri fiunt aū festū sancti Micaelis. i. tertia ieiunia: qm̄ fructus tunc colligunt: ꝛ nos debemus deo reddere fructus bonorum operū. In decēbri fiunt quarta: qm̄ tn̄c moriunt herbe: ꝛ nos debemus mortificari mundo.

¶ Tertia rõ est vt iudeos imitẽur. Judei
quidem q̃ter in anno ieiunabant: ante pasca
ante pẽtecostem: ante scenophegiã. i. ante i
fixionem tabernaculi in septembri: ⁊ ante en
cẽnia. i. dedicatiõem in decembri. ¶ Quar
ta rõ est: qm̃ hõ constat ex quattuor elemẽtis
quantum ad corpus: ⁊ tribus potentijs. s. rõ
nali: concupiscibili: ⁊ irascibili quantum ad
aĩam. Ut g̃ hec moderentur in nobis: q̃ter i
anno per tres dies ieiunamus: vt quaterna
rius referatur ad corpus ternarius vero ad
aĩam. Et he rões sunt magistri Joannis be
leth. ¶ Quinta rõ est: qm̃ vt dicit Joannes
damascen⁹ in vere augumentatur sanguis:
in estate collera: in autũno melancolia: in hi
eme phlegma. Jeiunamus igr̃ in vere: vt i
nobis debilitetur sanguis ꝯcupiscentie: ⁊ in
epte letitie. Sanguineus. n. est libidinosus
⁊ letus. in estate vt debilitetur collera iracũ
die ⁊ fallatie. Colericus. n. est naturalr̃ ira
cundus ⁊ versutus. in autũno vt debiliteẽ
malancolia cupiditatis ⁊ tristitie. Melãco
licus. n. ẽ cupidus ⁊ tristis. ĩ hyeme: vt de
bilitetur phlegma hebetudinis ⁊ pigritie.
Nam phlegmaticus naturaliter est hebes
⁊ piger. ¶ Sexta rõ ẽ qm̃ ver cõparaẽ aeri
estas igni autũn⁹ terre: hyems aque. Jeiuna
m⁹ igr̃ i vere vt i nobis edomeẽ aer elatiõis
⁊ superbie. in estate vt edometur ignis cupi
ditatis ⁊ auaritie. in autũno: vt edomeẽ terra
spiritualis frigiditatis ⁊ tenebrose ignorãtie
in hyeme vt edometur in nobis aqua leuita
tis ⁊ incõstantie. ¶ Septima rõ est qm̃ ver
refertur ad pueritiaʒ: estas ad adolescẽtiã:
autũnus ad maturitatẽ: siue virileʒ etatem
hyems ad senectutem. Jeiunamus igitur ĩ
vere vt simus pueri per innocentiã: in esta
te vt efficiamur iuuenes per constantiam: i
autũno vt efficiamur maturi per modestiã:
in hyeme vt efficiamur senes per prudenti
am ⁊ honestam vitam: vel potius vt satisfa
ciamus quicqd̕ per illas quatuor etates deli
offendimus. ¶ Octaua rõ ẽ magistri Uuli
elmi altisiodorensis. Jdeo. n. in quatuor ãni
temporibus ieiunamus: vt emendemus q̃ i
illis quattuor anni temporibus deliquim⁹
Et fiunt per tres dies vt satisfaciamus in
die qd̕ deliquimus in mense. Et fiunt in fe
ria quarta: q2 tunc dñs a iuda traditus fuit:
in sexta feria q2 crucifixus fuit. Sabbato q2
in sepulchro iacuit: ⁊ quia tristes erant apo
stoli de nece sui dñi.

¶ De sancto Ignatio.



Gnatius dicitur q̃si igneʒ
patrius. i. ignẽ patiẽs dñi
amoris. Ignati⁹ fuit disci
pulus beati ioannis: ⁊ epi
scopus anthiocenus. Hic
epistolam ad beatam vir
gineʒ direxisse dicitur in hec
verba. Christifere Marie suus ignatius.
Me neophitũ tui ioãnisq3 discipulũ ꝯfortari
cõsolari debueras. De iesu. n. tuo pcepi mi
ra dicta ⁊ stupefactus sum ex auditu. A te ãt
que semper fuisti ei familiariter cõiuncta: ⁊ se
cretoꝝ eius conscia desidero ex aĩo fieri cer
tior ex auditis. Ualeas ⁊ neophiti qui mecuʒ
sunt ex te: ⁊ per te: ⁊ in te confortentur. Bea
ta ãt v̓go dei genitrix Maria in hec verba
sibi rñdit: Ignatio dilecto cõdisipulo humi
lis ancilla Christi iesu. De iesu que a ioãne
audisti vera sunt: illa credas: ⁊ illis adhere
as: ⁊ xp̃ianitatis votũ firmiter teneas: ⁊ mo
res ⁊ vitam voto ꝯformes. Ueniaʒ ãt vna
cũ Joanne ad te: ⁊ qui tecũ sunt visere. Sta
⁊ viriliter age in fide: nec te ꝯmoueat psecutio
nis austeritas: sed valeat ⁊ exultet sp̃s in deo
salutari tuo. Tante aũt auctoritatis beatus
Ignatius extitit: ꝙ etiaʒ Dionisius Pauli
apostoli discipulus: qui fuit in philosophia
tam summus: ⁊ in diuina scientia tam perfe
ctus: verbũ beati Ignatij ad cõfirmationeʒ
dictoꝝ suoꝝ tãq̃ pro auctoritate adduxerit
Cũ. n. vt ipẽ in li° de diuinis nominibus at
testaẽ: qdã nomẽ amoris ĩ diuis rep̄hẽderũt
dicẽtes ĩ diuinis aliud ẽe nomẽ amoris q̃ dile
ctiõis volẽs oñdere hoc noĩe amoris p̄ oĩa in
diuinis esse vtendũ ait. Scribit autem di
uinus Ignatius. Amor meus crucifixus ẽ.
Legitur in historia tripartita: ꝙ Ignatius
audiuit angelos cantantes antiphonas sup
montẽ quẽdã: ⁊ exinde instituit antiphonas
cantari in ecclia: ⁊ psalmos s̓m antiphonas
intonari. Cũq̊ beatus Ignatius diu pro pa
ce eccl'ie dñm exorasset non suum s3 infirmo
rum periculum metuens: Traiano impera
tori: qui cepit anno dñi cẽtesimo de victoria
redeunti: ⁊ christianos oĩbus mortem minã

ti occurrit: ⁊ libere se xp̄ianum esse asseruit.
Quē traianus ferro vinctum decē militibꝰ
tradidit: ⁊ romā adduci p̄cepit: minās eidē
q̄ traderetur ibidem bestijs deuorandus.
Cū ergo romā duceretur: ad oēs ecclesias
ep̄las destinabat: ⁊ eos in fide xp̄i conforta-
bat. Inter q̄s vnam scripsit ad romanam ec
clesiā sicut legitur in historijs ecclesiasticis:
rogans ne suum martyrium impediant: vbi
sic dicit. A syria vsq3 romā cū bestijs terra
mariq3 depugno: die ac nocte ꝯnexus ⁊ colli
gatus decē leopardis militibus dicor ad cu
stodiam dag̃: qui ex bn̄ficijs nr̄is seniores fi
unt: s3 ego eorum nequitijs magis erudior.
O salutares bestie: que p̄parantur mihi qn̄
venient: qn̄ emittetur: qn̄ eis licebit carni
bus meis frui? Inuitabo eas ad deuoratio-
nem meā ⁊ dep̄cabor ne forte vt in nōnullis
fecerunt: timeant cōtingere corpus meum:
quīmo ⁊ si cunctabuntur: ego vi faciam: ego
me īgerā. Date q̄so veniā. ego noui qd mi
hi expediat: ignes: crucis: bestie: disp̄siōes
ossiū. disceptiōes oīum mēbroꝝ: ⁊ totiꝰ cor
pis: ⁊ oīa pene in me martyrij supplicia dia
boli arte quesita consientur: dūmodo iesum
xp̄m merear adipisci. Cū ḡ romā venisset: ⁊
ante traianum ductus fuisset: dixit ei traia-
nus. Ignati cur antiochiā rebellare facis: ⁊
gentem meam ad xp̄ianitatē conuertis? cui
ignatius. Utinā ⁊ te posse3 ꝯuertere: vt sem
per obtineres p̄ncipatu3. cui traianus. Sa
crifica dijs meis: ⁊ sacerdotū oīum p̄nceps
eris. cui ignatius. Nec dijs tuis sacrificabo
nec tuam affecto dignitate3. De me quicqd
vis facere poteris. s3 nullatenus me īmuta
bis. Traianus dixit. Plūbatis scapulas eiꝰ
ꝯtūdite: ⁊ vngul' latera eius laniate: ⁊ duris
lapidibus eius vulnera ꝯfricate. Cūq3 oīa ī
eū fecissent: ⁊ ipse īmobilis pmaneret: dixit
traianus. Carbones viuos afferte: ⁊ ip̄m nu
dis plantis desup ambulare facite. cui igna
tius. Nec ignis ardens: nec aqua buliēs po
terit in me xp̄i iesu charitatē extiguere. Cui
traianus. maleficia sunt que tāta patiēs nō
ꝯsentis. cui ignatius. Nos xp̄iani malefici n̄
sumus: sed in lege nr̄a maleficos viuere ꝓ-
hibemus: sed vos malefici estis: q idola ado
ratis. traianus dixit. Dorsu3 eius vngulis
laniate: ⁊ plagas sale perfundite. cui ignati
us. Non sunt condigne passiones huius tē-
poris ad futurā gloriā. Traianus dixit. Iā
nunc eū tollite: vinculis alligate: in cippo ī
imo carceris custodite: ⁊ post triduū deuorā
dū bestijs date. Tertia igr̄ die īperator ⁊ sena
tus oīsq3 ppl's cōuenerūt vt viderent episco
pū anthiocenū: qui erat cū bestijs pugnatu
rus. Dixitq3 traianus. Quoniā ignatius su
perbus ⁊ cōtumax est ip̄m alligate: ⁊ duo leo
nes ad ipsum laxate vt nullas reliquias ex
eo relinquant. Tunc scūs Ignatius dixit ad
ppl'3 qui astabat. Uiri romani qui hoc certa
mē aspicitis non sine mercede laboraui: q2 nō
ꝑꝑ prauitatē: sed ꝑꝑ pietatē hec patior. Dei
de cepit dicere sicut legitur in historia eccle
siastica: frumentu3 xp̄i su3 bestiaꝝ dentibꝰ
molar vt panis mundus efficiar. Hoc au-
diens imperator dixit. Grandis est toleran-
tia christianoꝝ. Quis grecoꝝ toleraret tāta
ꝓ deo suo? Respōdit ignatius. Nō hec mea
v̄tute: sed xp̄i adiutorio toleraui. Tūc sanctꝰ
Ignatius cepit leones ꝓuocare: vt ad se de
uorandū occurrerēt. Accurrentes igr̄ duo
seui leones ipsum tm̄modo p̄focauerunt: car
nem tamē eius nullatenus tetigerūt. Traia
nus aūt hoc videns cū nimia admiratōe di
scessit p̄cipiens vt nō ꝓhiberetur si qs vel
let tollere corpus eius. Quapropt̄ christiāi
corpus eius tulerūt: ⁊ ip̄m honorifice sepeli
erunt. Cū aūt traianus quasdā litteras rece
pisset: in quibus Plinius secundus christi
anos quos imperator occidi iusserat plurimū
cōmendabat: doluit de his que ignatio intu
lerat: et precepit vt nullus christianus in-
quireretur: si quis tamen incideret punire
tur. ¶ Legitur autem ꝙ beatus Ignatius
int̄ tot tormētorum genera nunq̄3 ab inuoca
tione nominis iesu Christi cessabat. ¶ Quē
cum tortores requirerent cur hoc nomen
totiens replicaret: ait. ¶ Hoc nomen cordi
meo inscriptū habeo: ⁊ ideo ab eius inuoca
tione cessare non valeo. Post mortē igr̄ eiꝰ
illi qui audierant volentes curiosius expe
riri cor eius ab eius corpore auellūt ⁊ illud
scidentes per medium totū cor inscriptu3 h̄
noīe iesus aureis lr̄is inuenerunt: vnde ⁊ h̄
plurimi crediderūt. De hoc scō dicit bern̄.
sup psal. Qui habitat. Magnus ille ignatiꝰ
auditor discipli quē diligebat iesus: martyr

e ipse cuius pciosis religis est nostra dedica-
ta pauptas: Mariam quidē in plurib⁹ q̄s
ad eam scripsit eplis xpiferā ꝯsultat. Egregi
us plane titulus dignitatis ⁊ cōmendatio
honoris immensi.

¶ De purificatione btē ⁊ Marie v̄ginis.



Purificatio btē Marie vir
ginis quadragesimo die
p⁹ natiuitatē domini fcā
est. Cōsueuit autē illud fe
stū tribus noībus appella
ri. .purificatio: hipopan
ti: ⁊ cādelaria. Purifica
tio āt dicit ex eo q q̄dragesimo die a natiui-
tate dn̄i btā v̄go Maria ad templum venit
vt ſm legis cōsuetudinem mūdaretur: cū ta
mē sub illa lege nō teneret. Preceperat āt
lex Leuitici. 12. q mulier que suscepto semie
filium peperisset: imūda esset septē diebus:
imūda scilicet a cōsortio hominū: ⁊ ab ingres
su tēpli. Sed cōpletis septem diebus: mūda
quidem efficiebatur quo ad ꝯsortium homi
num: sed adhuc vsq ad. 33. diem quo ad in
gressum tēpli imūda erat. Tandē cōpletis
quadragita diebus quadragesimo die tem-
plū intrabat: ⁊ puerū cū muneribus offere-
bat. Si v̄o feminā peperisset duplicabant
dies: ⁊ quo ad consortium hoīuz ⁊ quo ad in
gressum tēpli. Quare āt dn̄s p̄cepit vt qua
dragesimo die puer ī templū offerretur tri
plex pōt esse rō. Una vt per hoc itelligatur:
q sicut puer quadragesimo die ī materiale
templū inducitur sic ⁊ q̄dragesima die a cō
ceptione vt sepius aīa in corpus tanq̄ in su
um templū infunditur: sicut dicitur in scola-
stica historia: lz phisici dicant q. 46. diebus
corpus pficiat. Scd̄a vt sic aīa. 40. die cor
pori infusa ab ipo corpore maculatur: sic q̄-
dragesima die templū ingrediens per hosti
as ab ipsa macula amplius expiet. Tertia
vt per hoc detur intelligi q in templu ce
leste merentur ingredi. cū decē precepta cū
fide quattuor euāgelistarū voluerint obser
uare. In pariente v̄o feminam duplicātur
dies quo ad templi ingressionem: sicut ⁊ du
plicantur quo ad corporis formationez. Nā
sicut in 40. diebus corpus masculi organi-
zatur ⁊ perficit in quadragesimo die aīa in
fundit: sic corp⁹ femīe in octogita pficit. octo-
gesima die aīa vt sepi īspirat. Qre āt duplo
corpus femine tardius pficit ī vtero q̄ cor
pus viri ⁊ ei aīa īfundit: omissis rōnib⁹ na-
turalibus triplex pōt assignari rō. Prima
qm̄ xp̄s assumpturus erat carnē in sexu vi-
rili: iō vt sexū ipsū honoraret ⁊ ampliorē si-
bi gratiā faceret voluit vt puer citi⁹ forma
retur: ⁊ mr̄ citius mūdaretur. Scd̄a vt qm̄
mulier plus peccauit q̄ vir: ⁊ sicut erūne
eius ab erūnis viri duplicate sunt exteri⁹
in mundo: sic ⁊ duplicari debuerunt interi
us in vtero. Tertia vt p hoc detur intelli-
gi q mulier quodāmō plus fatigauit deum
q̄ vir ex eo q amplius deliqt: deus quodā
mō in nr̄is paruis opibus fatigat. Un̄ ipse
dicit Esa. 43. Seruire me fecistis in iniq-
tatibus vestris: Et idē Esa. p̄°. Laboraui
sustinēs. Btā igit virgo huic legi purifica
tionis nō tenebatur: q2 nō pepit suscepto se-
mine: s3 mystico spiramine. Un̄ moyses ad
didit suscepto semine. Cū tn̄ necesse nō erat
q̄ztū ad alias mulieres que oēs suscepto se-
mine pariūt. Sed iō addidit: vt dicit Ber
nardus: q2 timuit in matrē dn̄i blasphemiā
irrogare. Uoluit tn̄ se in h̄ se subdere legi p
pter quattuor rōnes. Prima rō est vt exē-
plū humilitatis daret: vn̄ dicit Ber. Uere
beata virgo nō habes cām nec tibi opus ē
purificatiōe. Sed nūqd filio tuo opus erat
circūcisione: esto inter mulieres tanq̄ vna
illaꝝ. Nam ⁊ filius tuus sic ē in medio pue
roꝝ. Hec aūt humilitas nō solū fuit ex pte
matris: sed etiā ex parte filij q sic voluit se
in hoc subdere legi. Nā in natiuitate se ha-
buit vt paup hō: in circūcisione vt paup ⁊
peccator hō. Sed hodie vt paup ⁊ pcctōr
⁊ seruus hō. Ut paup in eo q oblationē pau
peꝝ elegit: vt peccator in eo q ipse cuz mr̄e
voluit expiari: vt seruus q̄ztum. s. ad simili-
tudinē in eo q voluit redimi: ⁊ etiā voluit
postmodū baptizari: nō pp̄ter culpam pur-
gandā: sed pp̄ter eius humilitatē maximā
ostendendā. Nā oīa remedia ꝯ originale pec-
catū instituta xp̄s in se assumere voluit. n̄ q2
aliq̄ten⁹ idigeret: s3 vt humilitatē suā ma-
ximam nobis ostenderet: ⁊ vt illa remedia
pro tempore suo bona fuisse monstraret.

¶ Quinq enim remedia cōtra ipsum origi
nale peccatū p pcessū tpis īstituta sūt: quoꝝ

tria ƒm ꝙ dicit. Hugo de sancto victore in le
ge veteri instituta sunt. s. oblatiões: decima
tiones: sacrificiorum imolationes per que ma-
xime opus nr̄e redemptiõis exprimebatur.
Nam modus redimendi exprimebatur per
oblatõem: ip̄m p̄cium per sacrificium in quo
erat sanguinis effusio: ip̄m redemptum ꝑ de
cimationez: q2 hõ significat per decimā dra
gmā. ¶ Primū ḡ remediuz fuit oblatio vt
Cayn obtulit deo mūera de frugib9: ⁊ Abel
de gregib9. ¶ Secūdū fuit decimatio. vñ
⁊ Abrahā Melchisedech sacerdoti decias
obtulit. Nam secūdum augu. decimabatur
quod curabat. ¶ Tertium fuit sacrificiorū
oblatio. Ipsa. n. sacrificia ƒz ꝙ dicit Grego.
erant ꝯ originale peccatū. Quia tñ exhibebā-
tur: vt ad minus alter parētum fidelis eēt:
⁊ aliqñ vtriqꝫ īfideles esse poterūt: iō adue
nit. 4m remedium. s. circūcisio que siue ꝑen
tes fideles essent: siue infideles valebat. sꝫ
q2 illud remedium nō poterat cõuenire nisi
solis maribus: nec ianuā paradisi poterat ape
rire: iō sucessit ei baptismus qui est cõmūis
oibus ⁊ ianuam celi aperuit. Primum igiẗ
remedium xp̄s assumpsisse videtur qñ dñs
in templo a ꝑentibus est oblatus. Scdm re-
medium quodāmodo assumpsit qñ quadra
ginta diebus ⁊ noctibus ieiunauit. q2. n. nō
hēbat vt solueret decias rerum saltem deo ob
tulit decias dierum. Tertium assumpsit quan
do mr̄ eius par turturum: aut duos pullos co-
lumbarum pro eo obtulit vt inde sacrificiū fi
eret. Vel qñ in cruce se in sacrificiū obtulit.
Quarto qñ se circūcidi ꝑmisit. Quinto qñ a
Joāne baptisma suscepit. ¶ Scd̄a rō ē vt
annos abbas frēz theodoꝝ vocauit ⁊ vt bones iūgeret ⁊ oleū de citate afferret pcepit Uir āt eius plimū flebat timēs ne cū altero viro recessisset. Et ecce angelꝰ dñi sibi dixit Surge mane ⁊ sta in via martirij petri apostoli: ⁊ q̄ tibi occurrerit ipsa tua vxor erit: q̄ scō theodora cū camelis venit: ⁊ virꝝ suum videns ⁊ recognoscens intra se dixit. Heu me vir bone meꝰ q̄ntū laboro vt eruar a pctō qd̄ feci in te. Cū aūt appropinq̄sset salutauit eū. d. Gaudeat dñs meus. ille āt eā penitꝰ nō cognouit: sʒ cū diutissime expectaret ⁊ se deceptū clamarʒ fcā est vox ad eū. d. Jlle q te heri mane salutauit vxor tua erat. Tante āt scitatꝭ fuit btā Theodora vt mlta miracla faceret. Nā ⁊ hoiēʒ a bestia laceratuʒ eripuit ⁊ suis pcibus suscitauit. Ipsaʒ bestiā insecuta maledixit: q̄ sbito mortua corruit. Diabolus āt scitatē suam ferre nō valēs eidem apparuit. d. Meretrix pre oībus ⁊ adultera religsti virꝝ tuū vt huc venires ⁊ me ptēneres: p vtutes meas tremēdas in te suscitabo plium: ⁊ si nō te fecero crucifixū negare non dicas q: ego sum. Ipsa aūt signū crucis sibi edidit ⁊ ptinus demō euanuit. Quadā autē vice cū de citate cū camel rediret: ⁊ iquodā loco hospitata fuisset puellā q̄dam nocte ad eā venit sic. d. Dormi mecū: q̄ cū respueret iuit ad alterꝝ qui in codē loco iacebat. Cū āt eius venter intumuisset: ⁊ de quo ɔcepisset interrogata fuisset ait. Monacus ille Theodorus dormiuit mecuʒ. Natā igr puerꝝ ad abbatem monasterij transmiserunt. Qui cū theodorū increparet: ⁊ ille sibi indulgeri peteret scapulis eius puerum iposuit ⁊ de monasterio piecit. Jlla āt abiecta p. 7. ānos ex mon asterium mansit ⁊ de lacte pecoꝝ infantem nutriuit. Diabolus aūt tāte eius patiētiam inuidens in spetiē viri sui se transfigurauit: eiqꝫ dixit. Quid hic agis dña mea: ecce langueo p te: nec aliquaʒ ɔsolationē recipio. Ueni ergo lux mea: q: si cū viro alio iacuisti h̄ tibi indulgeo. At illa credens virꝝ suū esse dixit ad illū. Nunq̄ꝫ amplius tecuʒ manebo: q: filius Joānis militꝭ iacuit mecū ⁊ volo agere penitentiā deo qd̄ in te peccaui. Et cū orasset stati euanuit: ⁊ demonē esse cognouit. Altera iterū vice diabolus volens eā terrere in simitud. nē ferarꝝ teribiliuʒ demones ad eā venerūt: ⁊ vir qdā instigās eas dicebat. Comedite meretricē hāc. Jlla āt orauit ⁊ euanuerunt. Altera vice multitudo militū veniebat ad eam quā pnceps pcedebat: ⁊ eū ceteri adorauerūt. Dixerūtqꝫ milites theodore. Surge ⁊ adora pncipem nrʒ. Que rñdit. Dñz deum adorabo: qd̄ cū pncipi nunciatū fuisset iussit eā adduci ⁊ tot tormentis affici vt mortua putaret. Et postmodū omnis turba euāuit. Alia iterꝝ vice vidit ibidē aurꝝ multū: q̄ signans se illud refugit ⁊ deo se recōmēdauit. Altera ēt vice vidit quēdā canistrū plenū oi genere ciboꝝ ferentē ⁊ dicentē sibi. Dicit pnceps qui te cecidit. Tolle comede q: nesciēs feci h̄. illa āt se signauit: ⁊ ptinus euanuit. Cōpletꝭ aūt. 7. annis abbas patientiā eius ɔsiderans eā reconciliauit ⁊ cū puero suo in monasteriū introduxit. Ubi cū duos postmodū annos laudabiliter pegisset: puerū accepit ⁊ secū illuʒ in sua cella clausit. Qd̄ cū abbati reuelatum fuisset: misit quosdā monachos q diligētius auscultarēt quidnā cū eo loq̄ret. Jlla āt puerum amplexans ⁊ deosculans dixit. Fili mi dulcissime tps vite mee venit. Relinquo te deo: ipm prem ⁊ adiutorē hēas. Fili dulcissime ieiunijs ⁊ orōnibus insistas ⁊ fribus tuis deuote fuias. Hec dicēs spm tradidit: ⁊ in dño felicit obdormiuit circa ānos dñi. 470. Qd̄ puer cernēs plimū flere cepit. In ipsa āt nocte visio abbati monasterij mōstrata est in hunc modū. Nuptie maxime parabant ⁊ veniebāt ordices angeloꝝ ⁊ pphetaꝝ ⁊ martyꝝ ⁊ oium scōꝝ: ⁊ ecce in medio eoꝝ mulier sola glia ineffabili circundata: ⁊ venit vsqꝫ ad nuptias ⁊ sedit sup lectuʒ: ⁊ oēs astantes adorabant eā. Et ecce vox dicens. Hec ē abbas theodorus q falso d̄ puero accusatus ē. Septē tpa sup ea mutata sunt. Castigata ē. n. q: cubile viri sui coinquinauit. Excitatus āt abbas ɔcitus cū fribus ad cellā eius iuit ⁊ eā iā defunctā iuenit. ⁊ intrantes ⁊ discooperiētes ipaʒ eē feminā inuenerūt. Misitqꝫ abbas p prē puelle q̄ eaʒ infamauerat: ⁊ dixit illi. Uir filie tue mortuꝰ est. Et auferens vestimentū mulierē eē cognouit. Factus est igr timor magnus sup oēs q h̄ audierūt. Angelus āt dñi abbati locutus ē. Surge velociter: equū ascēde: ⁊ vade in ciuitatē: ⁊ sigs

obuiauerit assume ⁊ tecū adduc. Qui dū pergeret: qdā vir currēs sibi obuiauit. Quē cū abbas interrogaret quo pgeret ille ait. Mulier mea mortua est ⁊ vado videre eā. Et assumpsit abbas vir theodore in equū. Et venientes plīmū fleuerūt: ⁊ ipsā cū multis laudibus sepelierūt. Uir aūt eius cellā vxoris sue theodore accepit: ⁊ ibidē pmanens tādē in dño obdormiuit. Puer āt theodore nutricē sequens oī moꝝ honestate polebat. ita ꝙ mortuo abbate illi ōasterij in abbatē ipse vnanimit est electus.

¶ De nomine.



Margarita dr̄ a q̄dā p̄ciosa gēma q̄ margarita vocat. Que gēma est cādida: parua: ⁊ v̄tuosa. Sic btā margarita fuit cādida p̄ v̄ginitatē: pua p humilitatē: virtuosa p miraculoꝝ opationem. Uirtus āt huius lapidis dr̄ esse ꝯ sanguinis effusiōez: ꝯ cordis passionē: ⁊ ad spūs ꝯfortatōez. Sic btā margarita hauit v̄tutē ꝯ effusionē sui sanguinis p constantiā: q: in suo martyrio ꝯstantissima extitit. Contra cordis passionē. i. demōis tētatiōem p victoriā q: ipsa diabolū supauit: ad spūs ꝯfortatōem p doctrinā: q: per suā doctrinā multoꝝ aīos ꝯfortauit ⁊ ad fidē xp̄i ꝯuertit. Cuius legendam theotimus vir eruditus scripsit.

¶ De sancta Margarita.



Margarita ō ciuitate anthiochie filia fuit theodosij gentiliū p̄triarche. hec nutrici tradit ⁊ ad adultam etatē veniens baptizat: ⁊ pp hoc erosa p̄ri p̄lurimum hēbatur. Quadā igit die dū iam annum. 15. attigisset: ⁊ cū alijs v̄ginibus oues nutricis custo diret: p̄fcūs olimbrius transitū ide faciens ⁊ puellā tā speciosā ꝯsiderās mox in eius amo re exarsit: ⁊ pueros ad se cōcitus misit dicens. Ite ⁊ eā ꝯphēdite: vt si libera ē eā mihi in vxorē accipiā: si ancilla ē eā mihi in ꝯcubi nā habeā. Cū g fuisset eius cōspectui p̄ntata eā de genere suo ac noie ⁊ religione reqsiuit. Illa aūt rn̄dit se genere nobilē: noie margaritā: religione xp̄ianam. Cui p̄fectus. Duo prima tibi recte ꝯueniūt quia nobilis hab e ris in pulcherrima margarita ꝯprobaris. Sz tertiū tibi nō ꝯuenit: vt puella tā pulchra ⁊ nobilis deū hēat crucifixū. cui illa. Un̄ scis xp̄m fuisse crucifixuz? ⁊ ille. Ex libris xp̄ianoꝝ. cui margarita. Cū igit legat pena xp̄i ⁊ glīa: q̄ verecūdia ē vestra vt vnū credatis ⁊ alteꝝ denegetis. Cū aūt margarita eū sponte crucifixū fuisse pro redemptione nr̄a assereret: sed nūc eū i eternū viuere affirmaret: iratus prefectus eā in carcerē mitti iussit. Sequenti aūt die eā ad se vocari fecit eiqꝫ dixit. Uana puella miserere pulchritudinis tue: ⁊ deos nr̄os adora: vt tibi bene sit. cui illa. Illum adoro quem terra ꝯtremiscit: mare formidat ⁊ oēs creature timēt. cui p̄fectus. Nisi mihi ꝯsentias corpus tuum faciā laniari. cui margarita. Christus in mortē seipsū p me tradidit: ⁊ iō p xp̄o mori desidero. Tūc prefectus iussit eā in eculeū suspēdi: ⁊ tā crudeliter primo virgis: deinde pectinibus ferreis vsqꝫ ad nudationē ossiuz laniari: ꝙ sanguis de eius corpore tanqꝫ de fonte purissimo emanauit. flebāt aūt, qui ibi aderāt: ⁊ dicebāt. O margarita vere de te dolemus: q: corpus tuū tā crudeliter laniari ꝯspicimus. O q̄lē amisisti pulchritudinē pp̄ter tuā incredulitatē. Tn̄ nūc vel saltē crede vt viuas. Quibus illa. O mali ꝯsiliarij r̄cedite ⁊ abite: hec carnis cruciatio ē aīe saluatio. Dixitqꝫ ad p̄fectum. Impudēs canis ⁊ isatiabilis leo i carne ptātē habes: sz aīam xp̄s reseruat. Prefectus aūt faciē clamide opiebat: nec tantā sanguinis effusionē videre poterat. Deinde eā deponi fecit: ⁊ eā in carcerez recludi iussit ⁊ mira ibi claritas fulsit. Ubi dum eēt orauit dn̄m vt inimicū qui secū pugnabat sibi visibiliter demōstraret. Et ecce draco immanissimus ibidē apparuit: qui dū eā deuoraturus ipeteret: signuz crucis edidit ⁊ ille euanuit. Uel vt alibi legit os sup caput eius ponēs ⁊ linguā sup calcaneū porrigēs eā p̄tinus degluttiuit. Sz dū eā absorbere vellet signo crucis se muniuit: ⁊ iō draco virtute crucis crepuit ⁊ virgo illesa exiuit. Istō āt qō dr̄ de draconis deuoratiōe: ⁊ ipsius crepatione apochryphū ⁊ friuolū reputat. Diabolus iteꝝ vt eā decipe posset: in spēz hois se mutauit. Quē vidēs in oratione se dedit ⁊ dū surrexisset diabolus ad eā accessit ⁊ ma

nū tenens dixit. Sufficiāt tibi que fecisti: iō
nūc cessa de mea ꝑsona. Illa āt eū ꝑ caput ap
ꝑhēdit ⁊ sub se ad terrā deiecit: ⁊ sup ceruicē eius dextꝝ pedē posuit ⁊ dixit. Sternere
supbe demō sub pedibꝰ femine. Demō autē
clamabat. O btā margarita supatꝰ sū: si iuuenis me vinceret nō curassē: ecce a tenera
puella supatus sū: ⁊ inde plus doleo: qꝛ patꝰ ⁊ mr̄ amici mei fuerūt. Illa vō eū coegit.
vt dīcet cur vēisset. Qui se vēisse ait: vt sibi
ꝯsuleret ꝙ monitꝭ presidis obediret. Coegit
quoqꝫ vt diceret cur xp̄ianos tā multiplr̄ tēptaret: q r̄ndit naturale odiuꝫ sibi eē ꝯ viros
virtuosos: ⁊ ꝗ̄uis sepe ab eis repellat: sꝫ tn̄
dsiderio seducēdi ipe isestꝰ extitit. Et qꝛ iui
det hoi de felicitate quā ipe amisit: ꝗ̄uis eā
recupare nō possit: ipāꝫ tn̄ alijs auferre ꝯtēdit. Addidit ꝙ salomō ifinitā demonū multitudinē in q̊dā vase reclusit. Post mortē vō
suā cū de illo vase demōes ignē mitterēt: et
hoīes ibidē magnū thesauꝝ esse putarent. ⁊
vas ꝯfregerūt: ⁊ demōes exeuntes aerē implerūt. His dcis vgo ⁊ pedeꝫ subleuauit
⁊ dixit. fuge miser. Et demō statiꝫ euanuit.
Secura igit efficit: qꝛ q̄ principem vicerat
ministꝝ ꝑculdubio separet. Seq̄nti igit die
ꝯueniētibus ppl'is iudici p̄ntat. ⁊ sacrificarꝯtēnnes exuit corpusqꝫ facibꝰ ardētibꝰ ꝯburit: ita vt cūcti mirarēt quō tā tenera puella tot posset tormēta sustinere. Deīde i vase
pleno aq̄ ipāꝫ ligari ⁊ poni fec: vt ex eaꝝ penaꝝ ꝯmutatiōe ꝯcresceret vis doloris: sꝫ subito tra ꝯcutit ⁊ cūctꝭ vidētibꝰ vgo illesa egredit. Tūc qnqꝫ milia viroꝝ crediderūt ⁊ pro
noīe xp̄i capitalē sn̄iam acceperūt. Prefcūs
āt timēs ne alij ꝯuerterent ꝯcitꝰ btāꝫ Margaritā dcolari ꝑcepit. Illa āt īpetrato orādi
spacio ꝓ se ⁊ suis ꝑsecutoribꝰ necnō ⁊ ꝓ eius
memoriā agentibꝰ ⁊ se inuocantibus deuote
orauit. Addēs vt q̄cunqꝫ i ꝑtu piclitās se inuocaret illesaꝫ ꝓlē emitteret. Fcā est āt vox
de celo ꝙ in suis se nouerit petitiōibꝰ exauditā. Surgēsqꝫ ab orone dixit spiculatori.
Frater tolle gladiū tuū ⁊ ꝑcute me. Qui ꝑcutiēs caput eiꝰ vno ictu abstulit: ⁊ sic martirij coronā suscepit. Passa ē āt tertiodecio cal.
augusti vt i eius historia inuenit. Alibi legitur ꝙ tertio idꝰ iulij. De hac scā vgine sic dicit qdā scūs. Btā margarita fuit timoris dei
plena: iustitia ꝑdita: religiōe cōpta: ꝯpunctione ꝑfusa: honestate laudabilis: patiētia singularis: nihilqꝫ i ea ꝯtrariū religiōi xp̄iane
inueniebatur odiosa patri suo dilecta domino iesu christo.

¶ De sancto Alexio.



Lexius fuit filiꝰ euphemiani viri nobilissimi romāorū ⁊ in aula ipatoris primi
Cui tria milia pueroꝝ assistebāt q zonis aureis cingebāt ⁊ vestimentꝭ sericis
induebant. Erat āt ꝑfcūs
euphemianꝰ valdē misicors ⁊ singulis diebꝰ
in domo sua tres mense paupibꝰ orphanis:
viduis ⁊ ꝑegrinis ꝑabant: qbꝰ strēnue fuiebat: ⁊ hora nona ipe cū viris religiosis cibū
in timore dn̄i capiebat. Cui vxor noīe aglaes eiusdem religiōis ac ꝓpositi erat. cū aūt
filiū nō hērent ad ꝑces tn̄ suas dn̄s eis ꝯtulit filiū. Post quē ipi deinceps i castitate viuere firmauerūt. Traditꝰ āt puer liberalibꝰ
disciplinis cū oibus philosophie artibꝰ ipe
floreret ⁊ iā ad puberē etatē vēissꝫ: puella sibi de domo ipiali eligit: ⁊ sibi in ꝯiugē copulat. Uenit āt nox i q̄ cū sponsa sua suscepit secreta silētia. Tūc scūs iuuēis cepit spōsā suā
in dei timore istruere: ac ipāꝫ ad vginitatis
ꝓuocare pudorē. Deīde annulū suū aureuꝫ
⁊ caput balthei quo cingebat sibi ꝯuāda tradidit dicēs. Suscipe hoc ⁊ serua donec deo
placuerit ⁊ dn̄s sit int nos. Post hō de substa
sua accipiēs ad mare discessit. Ascēdēsqꝫ occulte nauē laodiciā vsqꝫ deuenit: indeqꝫ ꝑgēs in edissā ciuitatē syrie ꝓfectꝰ ē. vbi imago dn̄i nr̄i iesu xp̄i sine humano oꝑe facta in
sindōe habebat. Quo ꝑueniēs oīa q̄ secū detulerat paupibꝰ distribuit ⁊ vestimēta vilia
induēs cū ceteris paupibus i atrio dei genitricis marie sedere cepit de elẏmis vero ꝗ̄tū sibi sufficere poterat retinebat: cetera vō
alijs paupibꝰ erogabat. At vero pr̄ ꝑ vniuersas mūdi ꝑtes pueros suos misit q eū diligēter īqrerēt. Quoꝝ cū aliq ad ciuitatē edissaꝝ
venissent ab eo cogniti: sꝫ ipi eū minime cognoscētes eidē cū ceteris paupibus elẏmas
tribuerūt. Quas accipiēs deo gr̄as agēs dixit. Gr̄as tibi ago dn̄e qꝛ a suis meis elẏmā
recipe me fecisti. Reuersi āt pueri nunciāt

pri q nusqȝ valeat repiri. Mater igit sua a
die sui recessus saccū in cubiculi sui pauimē
to strauit: vbi eiulās lamētabiles voces da
bat dicēs: hic sp in luctu manebo: donec fili-
uȝ meū recupauero. Spōsa vero ad socrum
dixit. donec audiā de spōso meo dulcissimo i
star turturis solitaria tecū manebo. Cū autē
alexius in pdicto atrio decē ꝛ septē ānos ma
neret in dei seruitio: imago tandē btē virgi-
nis q̄ ibidē erat custodi ecclie dixit. Fac in-
troire hoieȝ dei q: dignus est regno celoꝝ: ꝛ
spūs dei regescet sup eū ꝛ orō eius sicut in-
censuȝ in ɔspectu dei ascēdit. Cū aūt custos
de quonā diceret ignoraret: iteꝝ ei dixit. Il
le q foris sedet i atrio ipē ē. Tūc custos festi-
nus exijt: ꝛ ipȝ in ecclesiā itroduxit. Qd fcm̄
dū cunctis inotesceret. ꝛ ab oib9 venerari ce
pissȝ: humanā gloriam fugiēs inde recessit: ꝛ
laodiciā venit: ibiqȝ nauē ascēdēs cū in thar
suȝ cilicie vellet pergere dispēsante deo na
uis a vētis pulsa in romanū portū deuenit.
Qd cernēs alexius ait intra se. In domo pa
tris mei ignot9 manebo. nec alteri onerosus
ero. Prem igit a palatio redeūtē multitudi
ne obsequētium circundatuȝ obuiū habuit.
ac post eū clamare cepit. Serue dei me pe-
grinū in domo tua suscipi iubeas: ꝛ de micis
mēse tue me nutriri facias: vt tui quoqȝ pe-
grini dignetur dñs misereri. Qd audiēs pa
ter ob amorē filij sui eum suscipi iussit: ꝛ locū
pprium in domo sua ɔstituit: ꝛ cibum de mē
sa sua tribuit: ꝛ ministrū ppriuȝ delegauit.
Ipse autem in orōnibus perseuerabat ꝛ cor
puȝ ieiunijs ꝛ vigilijs macerabat. Famuli
autē domus ipsuȝ multipliciter deridebant
ꝛ aquā vtēsillū sup caput eius frequēter fū-
debant. Sȝ ipē ad oia patiens valde erat.
Decem ꝛ septē igit annos in domo patris p
māsit sic ignot9. Vidēs ergo p spiritū q ap-
propinquaret termin9 vite sue: chartā cum
atramēto petijt: ꝛ totū ordinē vite sue ibidē
ɔscripsit. Dñica igitur post missaꝝ solemnia
i sāctuario vox de celo isonuit. d. Venite ad
me oēs q laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego refi-
ciā vos. Qd audientes oēs territi in facies
suas ceciderūt. Et ecce vox scdo dicens.
Querite hoiem dei vt oret p roma. Que
rētibus illis ꝛ minime iuenietibus iteꝝ dictū
ē. In domo euphemiani q̄rite. Regsitus il
le se nihil scire d h dicebat. Tūc iperatores
archadius ꝛ honorius vna cū pōtifice In-
nocētio ad domū pdictā venerūt. ꝛ ecce mi
nister alexij ad dñm suū venit dicēs. Vide
dñe ne ille peregrin9 nr sit: q: magne vite
ꝛ patiētie hō erat. Currēs igit Euphemia-
nus eū defunctū reppit: ꝛ vultū ei9 tāqȝ āge
lū rutilātē vidit: voluitqȝ chartā quā i mān
hēbat accipere: sȝ nequit. Exeūte igit eo cū
h iperatorib9 ꝛ pōtificib9 retulisset: ꝛ illi ad
eū itrassent dixerūt. Quāuis pctōres sim9 re
gni tn̄ gubnacula gerim9: ꝛ h curā vlis regi
minis pastoralis. Da igit nobis chartā vt
sciam9 q̄ i ea scripta st. Et accedēs pontifex
chartā de manu sua accepit: ꝛ ille statiȝ sibi
dimisit. Fecitqȝ eā legi corā ei ppli multitu
dine ꝛ pre ipsius. At euphemianus h audi
ens nimio dolor ɔturbatus obstupuit: ꝛ scūs
exanis rsolutisqȝ virib9 i trā cecidit. Cuȝ vo
aliqȝtulū ad se rdijsset: vestimēta sua scidit
cepitqȝ canos capitis sui euellere: barbā tra-
here atqȝ semetipsū discerpere: ac sr filij sui
corp9 corruēs exclamabat. Heu me filij mi
q̄re me sic ɔtristasti: ꝛ per tot ānos mihi do
lores ꝛ gemit9 icussisti. Heu me miseꝝ: q: te
video baculuȝ senectutis mee i grabato iacētē
ꝛ non loquenteȝ mihi. Heu me q̄leȝ consola
tionem decetero habere potero. Mater ve
ro eius hoc audiens quasi leena rumpens
rete scissis vestimentis ruens coma dissolu
ta ad celum oculos leuabat: ꝛ cuȝ pre nimia
multitudine scm̄ corpus adire nō posset ex-
clamauit. d. Date mihi vie aditū: vt videā
filiū meū. vt videā ɔsolationeȝ aie mee: ꝛ q
suxit vbera mea. Et cum peruenisset ad cor
pus incumbens super illud clamabat. Heu
me fili mi: lumen oculorum meorum. Quare
sic nobis fecisti: et tam crudeliter nobiscum
egisti: videbas patrem tuum ꝛ me miseram
lachrimantes: ꝛ non ostendebas teipsum no
bis. Serui tui iniuriabant tibi ꝛ sustinebas
Et iteꝝ atqȝ iteꝝ psternebat se supra corp9
ꝛ nūc brachia super illud expandebat nunc
manib9 angelicū vultum contractabat: oscu
lansqȝ clamabat. Plorate mecum omnes q
adestis: q: per decem ꝛ septeȝ annos eum in
domo mea habui ꝛ nō cognoui q: vnicus fi-
lius meus esset. Serui etiā eū ɔuitiabātur:
ꝛ alapis pcutiebant. Heu me qs dabit ocu-

lis meis fontes lachrimaruz vt plangã die ac nocte dolorem anime mee. Spõsa vo eiꝰ induta veste adriatica cucurrit plorãs ⁊ dicens. Heu me q2 hodie desolata sum: ⁊ apparui vidua: iã nõ habeo in quem cõspiciã: nec in quez occulos leuẽ. Nunc ruptum est speculũ meuz: ⁊ piit spes mea: ãmodo incepit dolor qui finẽ non habet. Populus autẽ audiens hec lachrymabilr flebat. Tũc põtifex cũ impatoribus posuerũt t corpus in ornato feretro: ⁊ duxerunt in mediã ciuitatem ⁊ nuntiatuz est pplo: inuentuz esse hoiez dei Quẽ ciuitas tota querebat ⁊ oẽs obuiã currebãt sancto. Siquis aũt infirmus illud corpus sciſſimum tangebat: protinus curabaf. ceci visũ recipeibant ⁊ demoniaci curabãt Imperatores aũt tãta mirabilia videntes ceperunt per se cum pontifice lectum portare: vt ⁊ ipsi scificarentur ab eodez corpore scõ. Tũc imperatores iusserunt copiam auri: et argenti in plateis spargi vt turbe occuparẽtur amore pecuniarum ⁊ sinerent corpus sãctum perduci ad ecclesiam: sed plebs amorẽ pecuniarum seposito magis ac magis ad tactũz sacratiſſimi corporis irruebat. Et sic cũ magno labore ad templum sancti Bonifacij martyris illud tandem perduxerunt. Et illic p septẽ dies in dei laudibꝰ psistẽtes opati sunt monumentũ ex auro ⁊ gẽmis: ⁊ lapidibus preciosis In quo scm̃ corpus cũ magna veneratione collocauerunt. De ipso quoqz monumento ita suauiſſimus odor fragrauit vt omnibus videretur aromatibus esse plenum. Obijt ãt. 16. cal̃. Augusti circa annum dñi. 393.

¶ De sancta Praxede vgine



Raxedis virgo fuit btẽ potentiãe soror que fuerũt sorores sancti nouati: ⁊ timothei: qui ab apostolis in fide sunt eruditi. Qui cũ psecutione seuiente multoruz christianorum corpora sepeliſſent ⁊ facultates suas pauperibus erogaſſent tandem in pace quieuerunt circa annum dñi. 165. sub marco ⁊ antonio secundo.

¶ De Nomine.

m Aria inte ptaf amarꝫ mare vl' illuminatrix: aut illuiata. Per h tria itelligũt tres ptes optime q̃s elegit .s. ps pnie: ps ɔtẽplatiõis iterne: ⁊ ps celesti glie. De q̃ triplici pte intelligif q' dic dñs: Maria optimã ptẽ ⁊c. Prima. n. ps ñ auferef rõne finis: q̃ est psecutio btitudinis: scd̃a rõe ɔtinuitatꝭ: q2 ɔ'ẽplatio vie ɔtinuaf cum ɔtẽplatiõe prie. Tertia rõe sue eẽnitatꝭ: Inq̃ztũ igif elegit optimã ptẽ pñie dr amarꝫ mare: q2 ibi multã amaritudinez hũit: qd̃ pꝫ q2 tot lachrymas fudit q' eisdẽ pedes dñi lauit Inq̃ztũ elegit optimã ptez ɔtẽplatiõis intñe dr illuiatrix: q2 ibi hausit auide qd̃ postmõz effudit abũde: ibi lumẽ accepit quo postmõz cetero z illustrauit. Inq̃ztũ elegit optimã ptẽ celesti glie dr illuiata: q2 nũc illuiata ẽ ⁊ luie pscẽ cognitiõis i mẽte: ⁊ illuiabaf luie claritatꝭ i corpore. magdalena dr q̃si manẽs rea vel magdalena interptaf munita vl' iuicta. vl' magnifica: p q̃ isinuaf q̃lis fuit añ ɔuersionẽ: q̃l' i ɔuersiõe: ⁊ q̃l' pꝰ ɔuersionẽ. Nã ante ɔuersionẽ fuit manẽs rea per obligationem ad penaz eternam. In ɔuersione: vel munita: vel inuicta per pñie armaturam. Optime. n. oibus armis pñie se muniuit: q2 quot in se oblectamẽta tot de se reppit holocausta post ɔuersionẽ magnifica p gr̃e supabũdãtiã q2 vbi abũdauit delictũ supabũdauit ⁊ gr̃a

¶ De sancta maria magdalena

m Aria magdalena a magdalo castro cognomiata clariſſimisẽ orta natalibus vtpote ex regia stirpe descẽdẽtibus: cuius pr̃ syrus: mr̃ vero eucharia nuncupata est: hec cũ fratre suo lazaro ⁊ sorore sua martha magdalũ castꝝ qd̃ ẽ scd̃o miliario a genesareth bethaniã q̃ ẽ iuxta hierl'ez ⁊ magnã hierosolymorꝫ ptẽ poſſidebat. Qui tñ oĩa iter se taliter diuiserũt: q' maria magdalũ a q̃ ⁊ magdalena nũcupata ẽ. Lazarus ptẽ vrbis hierl'ez: ⁊ martha bethaniã poſſiderũt. Cũ aũt magdalena delitijs corpis se totã expõeret. ⁊ lazarus plus militie vacaret. Martha prudens partes sororis ⁊ fratris strenue gubernabat. ⁊ militibus ⁊ famulis suis ac pauperibus necessaria ministrabat. Omnia tñ hec post ascẽſſionẽ dñi vẽdiderũt: ⁊ ad pedes aplorꝫ pcũ posuerũt. Cũ igif magdalena diuitijs abũdaret: q2 rexꝫ affluẽtiã voluptas comes seqf: q̃zto diuitijs ⁊ pulchritudine splẽduit: tãto corpꝰ suũ volu

ꝓtati subſtrauit. vñ iã ꝓꝓrio noĩe ꝑdito pec
catrix ↄſueuerat appellari. Sꝫ cũ xp̃s illic
⁊ alibi p̃dicaret: illa nutu inſpirata diuino ĩ do
mũ ſimõis leproſi vbi audiuit eũ diſcumbe
re ꝓꝑauit. Et nõ audẽs vt peccatrix int̃ iu-
ſtos cõparere retro ſecus pedes dñi manſit
vbi pedes eiꝰ lacrchrymis lauit. Capillis
terſit ⁊ vnguẽto p̃cioſo ꝑunxit. Nã incole re
gionis illius ꝓpter vehementiſſimum ſolis
ardorẽ vnguentis ⁊ balneis vtebant̃. Cũqꝫ
ſimõ ꝑ phariſeus intra ſe cogitaret. qm̃ ſi hic eſ
ſet ꝓpha a peccatrice tangi ſe neq̃q̃ꝫ ꝑmitte
ret. dñs illũ d̾ ſuꝑba iuſtitia redarguit: ⁊ mu
lieri oĩa peccata dimiſit. Hec ẽ ergo illa ma
ria magdalena cui dñs tã magna bñficia cõ
tulit ⁊ tanta dilectionis ſigna oñdit. Nã ab
ea. 7. demonia expulit: in ſuo amore eã tota
liter accẽdit: familiariſſimã eaꝫ ſibi ↄſtituit.
hoſpitã ſuã fecit: ⁊ ꝓcuratricẽ ſuã eã in itine
re habere voluit: eã ſemꝑ dulcit̃ excuſauit.
Nã excuſauit eã apud phariſeũ qui dicebat
ipſaꝫ imundã: ⁊ apud ſororẽ ſuã q̃ dicebat ip
ſaꝫ ocioſaꝫ: ⁊ apud iudã q dicebat eã ꝓdigã
lachrymantẽ vidẽs lachrymas ↄtinere non
potuit. Cuiꝰ dilectiõe q̃triduanũ fratrẽ ſuũꝫ
reſuſcitauit cuiꝰ amore marthã ſororẽ ſuam
a fluxu ſanguinis quẽ ſeptẽ annis paſſa fue-
rat liberauit. Cuius merit̃ marcellã ſororis
ſue famulã: vt illud tã dulce v̾buꝫ exclamãs
diceret. Beatꝰ venť q te portauit dignã fe-
cit: nã ſm̃ Ambro. illa fuit martha: ⁊ hec eius
famula. Hec ẽ inq̃ꝫ illa q̃ pedes dñi lachry-
mis lauit: capillis terſit: ⁊ vnguẽto ꝑunxit: q̃
tꝑe gr̃e ſolemnẽ pñiaꝫ primo fecit: q̃ optimã
partẽ elegit: q̃ ad pedes ſedens dñi verbuꝫ
eiꝰ audiuit ⁊ dñi caput ꝑunxit: q̃ iuxta crucẽ
in dñi paſſione fuit: q̃ vnguẽta parans cor-
pꝰ eiꝰ vngere voluit: q̃ a monumẽto diſcipu
lis recedẽtibꝰ ñ receſſit. Cui xp̃s reſurgens
primo apparuit: ⁊ apoſtolorum apl̃am fecit:
Poſt aſcenſionẽ igit̃ dñi. ſ. anno. 14. a paſſio
ne cuꝫ iudei ſtephanũ iãdiu occidiſſẽt. ⁊ ce-
teros diſcipulos a iudee finibꝰ eieciſſẽt di-
uerſas gentiũ diſcipuli ſubeũt regiões: v̾buꝫ
dñi ibidẽ ſemmãtes: Erat ãt tũc tꝑis cũ apo
ſtolis btũs maximinꝰ vnꝰ de. 72. diſcipulis
cui a be. p. maria magd̃. fuerat ↄmẽdata. In
hac igr̃ diſꝑſiõe btũs maximinꝰ mari. magd̃.
lazarus fr̃ eiꝰ: martha ſoror ipſius ⁊ marcella
pediſſequa marthe: necnõ ⁊ btũs celidoniꝰ
qui cecus a natiuitate extiterat: ſꝫ a dño il-
luminatus: oẽs hi inſimul ⁊ pl̃es alij xp̃iani
naui ab infidelibus ipoſiti: ⁊ pelago ſine ali-
quo gubernatore expoſiti vt oẽs ſil̾ ſubmer-
gerentur: diuino tandeꝫ nutu marſiliam ad-
uenerunt vbi cũ nullos q eos hoſpitio reci-
pere vellent inueniſſent ſub q̃dam porticu
que ꝓphano gent̃ illius terre p̃erat morabant̃
Cũ ãt. b. mariã magd. videret ꝑplm̃ ad pha
num ↄfluere vt idol̾ imolaret: aſſurgẽs vul-
tu placito: facie ſerena: lingua diſerta: eos
ab idolorum cultura reuocabat: ⁊ xp̃m cõſtã
tiſſime p̃dicabat: ⁊ admirati ſunt vniuerſi p̃
ſpecie p̃ facũdia ⁊ pre dulcedine eloquentie
illius: Nec mirum ⁊ os qd̃ taꝫ pia ⁊ taꝫ pul
chra pedibus ſaluatoris infixerat oſcula: ce
teris amplius v̾bi dei ſpiraret odorẽ. Poſt
hoc ãt aduenit princeps ꝓuincie illius cum
vxore ſua: vt pro habenda prole idolis imo-
laret. Cui magdalena xp̃m predicans ſacri
ficia diſſuaſit. Interea euolutis aliquot die-
rum curriculis apꝑuit in viſu magdalena il
li matrone dicẽs. Quare cũ tot diuitijs abũ
detis ſanctos dei fame ⁊ frigore mori ꝑmit-
titis? Addidit ⁊ minas niſi marito ſuo ꝑſua
deret: vt niſi sanctoꝝ iopiam releuaret: iraꝫ
dei omnipotentis incurreret. Ipſa aũt viro
ſuo viſionẽ indicare timuit. Sequẽti igitur
nocte eidem ſimilia dicens apparuit: ſed ad
huc viro ſuo h̾ indicare neglexit. Tertio v̾o
ſb intempeſte noctis ſilentio appu t vtriſqꝫ
fremẽs ⁊ irata vultu igneo: ac ſi tota domus
arderet: ⁊ ait. Dormiſne tyranne membruꝫ
pr̃is tui ſatane cũ vipa coniuge tua q̃ tibi idi
care noluit v̾ba mea? geſcis ne crucis xp̃i ini
mice: diuerſis ciboꝝ generibus ventris tui
refecta ingluuie: ⁊ ſanctos dei fame ⁊ ſiti ꝑ-
mittis pire? Iaces ne in palatio pãnis inuo
lutus ſericis: ⁊ illos deſolatos ſine hoſpitio
vides ⁊ p̃teris? Non ſic iniq̃: nõ ſic euades
nec ipune feres q̾ tm̃ eis benefacere diſtu-
liſti. Sic locuta eſt ⁊ abſceſſit. Cũqꝫ matro-
na vigilans ſuſpiraret ⁊ tremeret: viro ſuo
eadẽ de cã ſuſpiranti ait. Dñe mi vidiſti ne
ſõnium qd̃ vidi? Uidi inq̃t ⁊ admirari ⁊ pa
uere non deſino: q̃d inde faciemus? cui mu-
lier. vtilius ẽ ei obtemperare q̃ꝫ iraꝫ dei ſui
quẽ p̃dicat incurrere. Qua pp̃ ipſos hoſpitio

receperunt:⁊ eis necessaria ministrauerunt
Cū aūt quadam die maria magdalena predica
ret ꝑdict⁹ ꝓnceps dixit ei putas posse defē-
dere fidē quā ꝑdicas: cui illa. Equidē illā defē
dere presto sum: vtpote quotidianis miracu
lis ⁊ ꝑdicatione magri mei petri qui rome ꝓsi
det roboratā. cui ꝓnceps cū ꝯiuge dixit. Ec
ce dictis tuis ꝑ oīa obtēꝑare parati sum⁹ si a
deo quē ꝑdicas nobis filiū impetrabis. pro-
pter hoc inquit magdalena nō remanebit. Tūc
btā maria mag. ꝓ ipsis dn̄m exorauit: vt sibi
filiū ꝯcedere dignaret. Cui⁹ ꝓces dn̄s exau
diuit: ⁊ matrona illa ꝯcepit. Tūc vir ei⁹ ce-
pit velle ꝓficisci ad petꝝ vt probaret si vt
maria mag. de xp̄o predicauerat sic vitas se
haberet. Cui vxor dixit. Quid ē dn̄e? Pu-
tasne sine me ꝓficisci? Absit. te. n. recedente
recedā: te veniēte veniā: te quiescēte quiescam
cui vir ait. Nō sic fiet dn̄a. etenim cū sis gra
uida ⁊ in mari sint infinita ꝑicula. de facili
ꝑiclitari posses. Domi igit̄ quiesces ⁊ posses-
sionibus nr̄is curā impēdes. E contra illa in
stabat: femineū nec mutās femina morē ⁊ cū
lachrymis pedibus ei⁹ ꝓuoluta qđ petebat
tandē obtinuit. maria ergo humeris eorum
signū crucis iposuit ne eos antiqu⁹ hostis in
aliquo itinere impediret: nauē igit̄ oib⁹ ne-
cessarijs copiose onerantes ⁊ cetera q̄ hēbāt
marie ma. custodia relinquētes ꝓficisci cepe
rūt: Iāq3 vni⁹ diei ⁊ noctis cursu ꝯsumato
cepit nimiū mare intumescere vētus flare:
ita vt oēs ⁊ maxie matrona grauida ⁊ debil'
tā seua iundatiōe fluctuū q̄ssati grauissimis
angustijs vrgerēt̄: in tm̄ q in ea subito do-
lor ꝑtus irruit: ⁊ inter angustias vētris ⁊ p̄s
suras tempestatꝫ filium ꝑturiens expirauit.
Nat⁹ igit̄ puerulus palpitabat. Et mamil-
lax mr̄is querēs solatia lamentabiles da
bat vagit⁹: ꝓh dolor ⁊ nat⁹ ē infās viuus: ⁊
mr̄icida effectus. Mori eū ꝯuenit cū nō sit
q vite tribuat alimētū: qđ faciet ꝑegrin⁹ cū
vxorē mortuā videat ⁊ puerꝝ vagientē que-
rulis vocibus matris mām̄as appetētē. La
mentabat̄ itaq3 plurimum: ⁊ dicebat heu heu
miser qđ facies filiū habere desiderasti ⁊ ma-
trem cum filio perdidisti. naute vero accla-
mabant dicentes: ꝓiciatur in mare hoc cor
pus antequā insimul ꝑeam⁹. Quā diu. n. nobis-
cū fuerit: hec quassatio nō cessabit. Sed cum
corp⁹ apprehēdissent vt illđ in mare iactarēt
ꝑcite igit̄ ꝑegrin⁹ ꝑcite. Et si nec mihi nec ma
tri ꝑcere volueritꝫ miseramini saltē puuli va
giētis. Sinite modicū ⁊ sustinete si forte mu
lier p̄ dolore i extasi posita adhuc valeat re
spirare: ⁊ ecce nō ꝓcul a naui quidā collis ap-
ꝑuit. Quo viso vtili⁹ eē credidit corp⁹ ⁊ pu-
erulū illuc deferri q̄ marinis beluis ad de-
uorandū dari. Et vix a nautis ꝓce ⁊ ꝓcio ex
torsit vt illuc applicarēt. Cūq3 illuc p̄ duri-
tia foueā non potuissꝫ effodere in secretiori ꝑ
te collis clamide supposita corp⁹ collocauit
⁊ puerulū mām̄is ei⁹ apponēs cū lachrymis
ait: O maria magdalena cur ad ꝑditionis ⁊
miserie mee cumulū marsilie ꝑtibus applicu
isti? Cur infelix admonitiōe tua hoc iter arri
pui? Petisti ne deū vt mulier mea hac de cā
ꝯciperet vt periret? Ecce. n. ꝯcepit ⁊ pariē
do mortē subijt. Conceptusq3 ē nat⁹ vt ꝑeat:
cū nō sit q enutriat. Ecce qđ ꝓce tua obtinui
tibi cui oīa mea ꝯmēdaui deoq3 tuo ꝯmendo
Si potēs ē memor sit aīe mr̄is ⁊ ꝓce tua mi
sereat̄ ne pereat nat⁹. Tūc clamide sua cor-
pus cū puero circūquaq3 operuit: ⁊ postmōm
nauē ꝯscēdit. Cūq3 ad petꝝ vēissꝫ petrus ei
obuius fuit: q viso signo crucis i humero suo
qs eēt ⁊ vn̄ vēiret sciscitat⁹ ē: q oīa sibi ꝑ or
dinē narrauit: cui petr⁹. Pax tibi fiat bn̄ ve
nisti: ⁊ vtili ꝯsilio credidisti: nec moleste fe-
ras si mulier tua dormit. si puulus cū ea qui-
escit. Potēs. n. ē dn̄s cui vult dona dare au
ferre: ablata restituere. ⁊ merorē tuū in gau
diū ꝯmutare. Petr⁹ aūt hierosolymā eū du
xit: ⁊ oīa loca in qb⁹ xp̄s ꝑdicauit: miracula
fecit: locū etiā in quo passus ē: ⁊ in quo celos
ascēdit eidē ondit. Cūq3 de fide fuissꝫ instru-
ctus diligent̄ a petro biēnij spacio iā elapso
nauē ascēdit repatriare curās. Cū igit̄ na-
uigarēt dn̄o disponēte iuxta collē i quo cor-
pus vxoris cum puero positū fuerat ꝑuene-
rūt. Qui ꝓce ⁊ ꝓcio eos ad applicādū ibi indu
xit. Puerulus aūt ibidē a maria magd. inco-
lumis ꝯseruatus freq̄nt̄ ad litt⁹ maris ꝓce-
debat: ⁊ ibidē vt puerorꝝ moris ē cū lapillis
⁊ glareis ludere solit⁹ erat: ⁊ cū applicuisset
vidit puerulū more solito i littore maris cū
lapillis ludētē. Et quidnā eēt admirari si deside-
nēs de schapa exilijt. Quē vidēs puerulus
cū nūq3 tale vidisset expauit ⁊ ad solita ma

tris recurrens vbera occulte sub clamide
latitabat: pegrinus vero vt māifesti⁹ vide
ret illuc accessit ꝛ puerulū pulcherimū mrīs
vbera sugentē inuenit: ꝛ accipiēs puerꝫ ait
O btā maria magda. q̄z felix essem: q̄z mihi
cūcta ꝓspere aduēissēt si mulier respiraret
ꝛ mecū repatriare valeret. Scio eqdez scio
ꝛ ꝓculdubio credo ꝙ tu qui puerꝫ dedisti: ꝛ
in hac rupe ꝑ biēniū pauisti: potis mrēz suaz
p̄stine restituere sanitati. Ad hec v̄ba mulier
respirauit ꝛ q̄si a sōno euigilās ait. Magni-
meriti es btā Maria magdalena. ꝛ gloriosa
que in ꝑtus mei pressuris obstetricis imple-
sti offm̄ ꝛ in omnibus necessitatib⁹ ācille tue
seruitiū explesti. Quo audito pegrinus ad-
mirās ait. Viuis ne vxor mea dilecta? Cui
illa: Viuo eqdē ꝛ nūc p̄mo de pegrinatione
de qua ꝛ tu vēisti venio: ꝛ sicut btūs petr⁹ te
hierosolymā duxit ꝛ oīa loca in qb⁹ xp̄s pas
sus ē mortu⁹ ꝛ sepult⁹ ꝛ al a plura loca ośdit
sic ꝛ ego vna cuz beata maria magda. duce
ꝛ comite vobiscum fui: ꝛ singula loca cōspe
xi: ꝛ conspecta memorie commendaui. Et i-
cipiēs loca oīa in quib⁹ xp̄s passus ē ꝛ mira-
cula q̄ viderat adeo plene explicuit: vt nec
in aliquo deuiaret. Tunc peregrinus rece-
pta coniuge ꝛ puero nauim letus conscēdit:
ꝛ Paulopost marsilie partibus applicuerūt
Et nauim egressi inuenerunt. b. Mariam
mag. cū suis discipulis p̄dicantē: ꝛ eius pe-
dibus cū lachrymis ꝓuoluti oīa que eis ac
ciderant narrarūt. ꝛ a. b. maximo baptisma
susceperūt. Tūc i ciuitate marsilie oīuz ido
loꝝ tēploꝝ destruentes xp̄i ecclīas ꝯstruxe-
runt: ꝛ. b. Lazaꝝ in eiusdez ciuitati epī vna
nimiter elegerūt. Tandem diuino nutu ad
aquensem ciuitatē venerūt: ꝛ pplm illū ad
fidē xp̄i per multa miracula adduxerūt: vbi
ēt. b. maximinus in ep̄m ē ordinatus. Inte-
rea. b. maria mag. sup̄ne ꝯtēplatiōis auida
asprimā heremuz petijt: ꝛ in loco angelicis
manibus p̄parato p. 30. annos icognita ho-
minibus māsit. In quo quidē loco nec aqua
rum fluenta nec herbaꝝ erāt solatia: vt ex h̄
manifestaret ꝙ redēptor nr̄ ipsā nō terrenis
refectiōibus s3 tm̄ celestibus epulis dispo-
suerat satiare. Qualibet aūt die. 7. horis ca
nonicis ab angelis in ethera eleuabatur: ꝛ
celestiū agminū gloriosos cōcētus et corpo-
ralibus auribus audiebat. Vn̄ dieb⁹ singu
lis his suauissimis dapibus satiata: ꝛ inde
ꝑ eosdē angelos ad locū ꝓpriū reuocata cor
poralibus alimētis nullatenus indigebat.
Sacerdos aūt quidā solitariā vitam agere
desiderās. ad. ix. stadia loco eidē vicinā si-
bi cellā locauit. Die igit̄ quadā dn̄s predi-
cti sacerdotis oculos apuit ꝛ corporeis ocu-
lis euidenter asperit q̄liter angeli ad p̄di-
ctū locū in quo btā maria morabat̄ descēde
bāt: ꝛ eam in ethera subleuabant: ꝛ post ho-
re spaciū ad eundē locū cū diuinis laudib⁹
reuocabāt. Volens aūt sacerdos tā admira
bilis visiōis vitatē agnoscere creatori suo
precibus se cōmendans: ad p̄dictū locū au
daci deuotione ꝓperabat. Cūqz ad vnius
iactum lapidis appropinq̄ret: cepunt eius
crura resolui: ꝛ timore valido ipsius precor
dia medullitus anhellare. Cūqz retro redi
ret ambulādi vsū crura cū pedibus simul p̄
bebat: sed si verso tramite ad predictū locū
accedere conaretur: totiēs eū lāguor corpis
ꝛ ebetudo mētis modis oībus ꝓhibebāt. In
tellexit igit̄ vir dei illud ꝓculdubio celeste
eē sacrm̄: ad qd̄ accedere humanū nō posat
experimētuz. Inuocato igit̄ saluatoris nōie
exclamauit. Adiuro te ꝑ dn̄m vt si hō es vl̄
aliqua rōnalis creatura q̄ in illa spelūca ha
bitas mihi rn̄deas. ꝛ tui edisseras veritatē.
Cūqz hoc tertio repetisset: btā maria mag. ei
rn̄dit. Accede ꝓpius ꝛ oīuz q̄ desiderat aīa
tua scire poteris veritatē. Cū ille tremens
vsqz ad medij spacij terminū appropinquas
set: ait ad eū. Meministi ex euāgelio de ma
ria illa famosa peccatrice q̄ pedes saluato-
ris lachrymis lauit: capillis tersit: ꝛ suoruz
delictoꝝ veniam promeruit. cui sacerdos.
Memini ꝛ plusqz. 30. annoꝝ euoluta sunt
curricula: ꝙ hoc factum esse scā credit ꝛ cō-
fitetur ecclīa. Ego iquit sū illa q̄ p. 30. ānoꝝ
spaciū oīb⁹ hoīb⁹ ignota ꝑmāsi sic heri cerne
re tibi ꝑmissuz ē sicut singulis diebus ange-
licis manibus in ethera subleuata celestiuz
agminū dulcissimā iubilationē septēnis vi-
cibus per singulos dies corporeis auribus
audire promerui. Quia igit̄ mihi a domino
reuelatū ē ꝙ ex hoc migratura suz seculo be
atū maximinum adeas: ꝛ ei hoc studeas in-
timare. Proximo die resur rectionis dn̄ice

tempore quo ad matutinum surgere consue
uit oratorium solus ingrediatur : ⁊ me illic
ꝑ angeloꝝ ministerium iueniet ꝯsistentem.
Sacerdos aūt vocē eius velut vocē ange
li audiebat. neminē autē videbat. Cōcitus
igit̄ beatū maximinum adijt ⁊ ei oīa ꝑ ordi
nē enarrauit. Sāctus autem maximinus ni
mio repletus gaudio saluatori gr̄as imēsas
retulit: ⁊ illa die ac hora vt sibi iussum fue
rat: oratoriū solus ingressus videbat beatā
mariā magdalenā in choro adhuc stantē eo
rū qui eā adduxerāt angeloꝝ. Erat aūt spa-
cio duoꝝ cubitoꝝ eleuata a terra stans ī me
dio angeloꝝ extēsis manibus deum exorās
Cū aūt beatus maximinus ad eā accedere
trepidaret: ꝯuersa dixit ad eū. Accede huc
ꝓpius nec fugias filiā tuā pr̄. Appropinquā
te aūt illo sicut ī ipsius beati Maximini le-
gitur libris: ita vultus dn̄e ex ꝯtinua ⁊ diu-
turna visione angeloꝝ radiabat: vt facilius
solis radios q̄ȝ faciē suā intueri quis posset
ꝯuocato igit̄ vniuerso clero ⁊ sacerdote pre
dicto corpus ⁊ sanguinē dn̄i ab ep̄o. b. Ma
ria magdalena cū multa lachrimaꝝ inunda
tione suscepit. Deinde toto corpusculo an-
te altaris ꝓstrata crepidinē sanctissima illa
aīa migrauit ad dn̄m: post cuius exitū tātus
odor suauitatis ibidē remansit: vt ꝑ septeȝ
dies fere ab ingredientibus oratoriū sentire
tur: eius sāctissimū corpus. b. Maximinus
diuersis ꝯditū aromatibus honorifice sepe
liuit: ⁊ post mortē suā iuxta ipsā sepeliri se p̄
cepit. Egesippus āt vel ſm quosdā libros.
Josephus satis cū p̄dicta historia ꝯcordat.
ait eni in quodā suo tractatu: ꝙ maria mag.
post dn̄i ascēsionē ꝑ ardore charitat̄ xp̄i ⁊ te
dio qđ hēbat nunq̄ȝ hoīem videre volebat
sed postq̄ȝ ad aquēse territoriū venit: in de
sertū abijt: ⁊ .30. ibi annis incognita mansit:
vbi vt ait qualibet die septē horis canoni-
cis ab angelis in aera eleuabat̄. Addidit tn̄
ꝙ sacerdos dū ad eā venisset reperit eā in
cella clausā: qui ad eius petitionē vestē sibi
porrexit: quā induēs ad eccl'iam secū iuit: ⁊
ibi cōmunione ꝑcepta eleuatis in orationē
manibus iuxta altare ī pace quieuit. ¶ Tē
poribus aūt Caroli magni. s. anno dn̄i. 749.
Girardus dux burgundie cū de vxore sua
filiū habere nō posset: larga manu res suas
pauperibus erogabat: ⁊ multas ecclesias ⁊
monasteria ꝯstruebat. Cū ergo viceliacense
mōasteriū ꝯstruxisset mis̄t ipse ⁊ abbas ipsi
us monasterij monachū quendā cū decenti
comitatu ad aquensē ciuitatē: vt inde si pos
set btē marie magd. reliquias trāsportaret.
Veniens igitur p̄dictus monachus ad p̄di
ctā ciuitatē: cū ipsam fūditus a paganis de
structā reppisset: casu quoddā inuenit sepul
chꝝ cuius sepultura marmorea demonstra
bat: ꝙ corpus beate marie magd. repositū
intus erat. In ipso auteȝ sepulchro historia
eius miro ope sculpta erat. Nocte igit̄ illđ
effringens assumptas reliquias ad hospiti
um deportauit: Ipsa aūt nocte beata maria
magdalena eidē monacho apparuit: dicēs
ne timeret: sed ceptum opus ꝑficeret. Re-
diens igit̄ cū ad mediā leucā a monasterio
venisset: nullo mō inde reliqas mouere po-
tuerunt: donec veniente abbate cum monа
chis cū ꝓcessione honorifice sunt recepte.
¶ Miles quidā qui singulis annis ad cor-
pus beate marie magd. venire ꝯsueuerat ī
prelio occisus ē. Qui dū in feretro a paren
tibus ploraret̄ magdalene pijs querelis op
ponebāt: cur deuotū suū mori sine ꝯfessione
⁊ penitētia ꝑmisisset. Tūc subito qui defun-
ctus fuerat stupētibus cūctis surrexit ⁊ sa-
cerdotem ad se vocari p̄cepit. Cūq̄ȝ deuo-
te ꝯfessus fuisset ⁊ viaticū recepisset, ꝓtinus
in pace qeuit. ¶ Nauis q̄dā viris ⁊ femi-
nis onerata naufragiū ꝑtulit: vna aūt femia
cū eēt p̄gnās: ⁊ se in mari periclitari ꝯspice-
ret: mag. iq̄ȝtū poterat acclamabat vouēs ꝙ si
suis merit̄ a naufragio euadēt ⁊ filiū pereret:
ipȝ eius mōasterio ꝯdonaret. statiq̄ȝ femia
q̄dā spetie ⁊ habitu venerāda ei appuit. q̄ eā
ꝑ mentū arripiēs piclitantib⁹ alijs incolumē
ad ripā ꝑduxit. Illa āt postmodū filiuȝ pe-
pit. ⁊ votū suū fidelit̄ adimpleuit. ¶ Aliqūt qdā
mariā magđ. sponsam fuisse iohis euāgeliste
quā duxerat tūc qn̄ de nuptijs xp̄s eū voca-
uit ex hoc ip̄a indignata: ꝙ. s. sponsū suū sibi
abstulerat: abijt: ⁊ oī voluptati se dedit: sed
qꝛ ꝯgruuȝ nō erat vt Johis vocatō dānatio
nis sibi occasio fieret: dn̄s ad pn̄iaȝ ip̄aȝ mi-
sericorditer ꝯuertit. Et qꝛ a sūma dilectiōe
carnali eā remouit: iō ip̄aȝ a sūma dilectiōe
sp̄ūali q̄ est in dei amore p̄ ceteris eā imple-

nit. Qd ⁊ de Joanne qdā fatent: ꝙ iō dulcedine sue familiaritatis cū p͛ ceteris decorauit: q2 a p̄dicta delectatione euꝫ remouit hec aūt falsa ⁊ friuola reputant q2 fr̄ Albertus in ꝓhemio super euangeliuꝫ Joā. ponit ꝙ spōsa de cuius nuptijs vocatus fuit inde ioannes: in virginitate permansit ⁊ in societate. b. marie v͛ginis matris xp̄i postmoduꝫ visa fuit: ⁊ tādēm fine bono quieuit. ¶ Uir quidam oculoꝝ lumie priuatus cū ad monasterium viceliacen̄. cā visitandi corpus. b. marie mag. veniret ⁊ su⁹ ei ductor diceret se ecc̄liā iā videre: ille magna voce exclamauit. O sancta maria mag. vtinā aliqn̄ videre merear eccl'iaꝫ tuā statiq3 oculi eius sunt aperti. ¶ Quidā dū pccā sua in q̄dā cedula scripsisset eā sub palla altare. b. marie mag. posuit rogans eā vt sibi indulgentiā ipetraret. Qui postmodū cedula accipiēs pccā sua de ipsa cedula oīno deleta inuenit. ¶ Quidā dū ob pecunie exactōeꝫ in ꝯpedibus teneret: mariaꝫ mag. ī sui adiutoriū iuocabat. Et ecce q̄dā nocte mulier q̄dā speciosa sibi apparuit: q̄ vincula frāgēs ⁊ ostiū reserās sibi vt fugeret iperauit q se absolutū videns ꝓtinus inde aufugit. ¶ Clericus qdā de flandaria stephanus noie in tantaꝫ sceleꝝ immanitatē ceciderat: ꝙ oia exercens flagitia ea q̄ salutꝫ erant nō solū non facere. sꝫ nec audire volebat. Jn btām tn̄ mariā mag. deuotōeꝫ magnā hūs eius vigiliaꝫ ieiunabat ⁊ festuꝫ colebat. Dū igr̄ eius tumulū visitasset maria mag. nec ex toto dormiēti: nec ex toto vigilanti tāq3 mulier formosa lugubres gerens oculos: ⁊ duoꝝ angeloꝝ dextra leuaq3 sustētata p̄sidio apparuit: eiq3 dixit. Cur q̄so stephane indigna meis meritꝫ facta rependis? Cur labioꝝ meoꝝ instantia nulla cōpūctiōe moueris? Ex quo. n. deuotōem in me haber̄ cepisti ꝓ te dn̄m semp instant exoraui: surge igr̄ ⁊ peniteas. Neq3. n. ego te deseram donec deo fueris recōciliatus. Jlle igit mox in se infundi tantā gr̄am sensit. ꝙ secl'o abrenūcians religionē introiuit: ⁊ perfectissime vite fuit. Jn cuius morte visa est maria mag. iuxta feretrum cuꝫ angelis astetisse: ⁊ eius animam quasi columbam candidam cū laudibus in celum sustulisse.

¶ De Nomine.



Pollinaris dr̄ a pollens ⁊ ares v͛tus quasi pollens virtutibus. Uel dr̄ a pollo qd interp̄tatur mirabilis ⁊ naris per quā intelligit discretio: q̄si mirabil' discretionis vir: vel ab a qd est sine ⁊ pollui: ⁊ ares virtus: q̄si virtuosus facta pollutione vitiorum.

¶ De sancto Apollinare.



Pollinaris petri apostoli discipulus fuit. Ab eo rauenaꝫ de roma missus est: vbi vxore tribuni ab eo sanata ipsam cū viro ⁊ eius familia baptizauit: qd qdē iudici nūciat ⁊ ab eo apollinaris ꝓtinus accersit. Ductusq3 ad tēplū iouis vt ibi imolaret cū diceret sacerdotib⁹ idoloꝝ: argētū ⁊ auꝝ idolis appēsuꝫ melius paupibus dari q3 ante demōes sic appēdi: ꝓtinus capit: ⁊ fustibus cesus semiuiu⁹ relinquit: sed a discipulis collectus in domo cuiusdā vidue septē mēsibus refouet. Jnde āt venit ad ciuitateꝫ classanensē: vt quēdā nobilē mutū ibidē curaret. Cū āt domū igrederet: puella q̄dā imūdū spm̄ hn̄s exclamauit dicēs. Recede hic ꝑue dei: nā faciā te ligatꝫ manib⁹ ⁊ pedib⁹ d̄ citate extrahi. Quē apollinaris increpās ꝓtinus exire ex ea coegit. Cū igr̄ sup mutū nomē dn̄i inuocasset. ⁊ curasset plusq3 qngenti hoies crediderunt. pagani āt cū fustib⁹ cesum ꝓhibebāt ne Jesum noiaret. Jlle v͛o in terra iacens clamabat: qm̄ ipse est verus de⁹. Tūc nudis pedib⁹ sup prunias eū stare fecerūt. Sꝫ cū adhuc xp̄ꝫ ꝯstantissime p̄dicaret ex vrbē eū ꝓiecerunt. ¶ Eo tpe dū Rufus p̄ricius rauēne filiā infirmā haberet: ⁊ ad eā sanādā apolinarē vocasset mox vt domū ingressus est defūcta ē. Cui rufus vtinaꝫ domū meam non introisses. Dij n. magni irati sunt: ⁊ filiā meā sanare noluerūt. Tu v͛o qd ei facer̄ poteris? Cui apolinaris: Noli timer̄ tm̄ mihi iura ꝙ si puella surrexerit eā creatorē suū seq neq3 ꝓhibebis. Qd cū fecisset facta orōne puella surrexit: ⁊ nomē xp̄i cōfitens cum mr̄e ⁊ magna multitudie baptisma suscepit: ⁊ v͛go ꝑmansit Qd audiens cesar scripsit ad p̄fectū p̄torij:

vt apollinaris aut sacrificare faceret aut in exiliū mitteret: Prefectus igit̄ eū sacrificare nolētē fustibus cedi fecit ⁊ in eculeo extē suz torq̄ri mādauit. Ubi dū dn̄z ꝯstātissime ꝑdicaret: aquā feruētē in eius vulnerib⁹ recentib⁹ iactari iussit: ⁊ sic graui pōdere ferri victū ī exiliū mittere voluit. Uidētes āt xp̄iani tātā īpietatē z͡l accensi aīo in paganos irruerūt: ⁊ plusq̄z. 200. viros ex ip̄is occiderūt. Qd̄ videns ꝑfect⁹ abscōdit se: ⁊ apollinarē in artissimo carcere trusit. Deiñ cathenatū in naui posuit: ⁊ cū tribus clericis eū seq̄nti bus in exiliū destiauit: vbi solūmō cū duobus clericis: ⁊ duobus militib⁹ piculū tēpestatis euadēs ipsos milites baptizauit. Dei de rauēnā rediens a paganis capit̄: ⁊ ad tēplū apollinis ducitur. Cui⁹ simulacꝝ vidēs ip̄z maledixit ⁊ subito corruit. Qd̄ videntes pōtifices ip̄z tauro iudici p̄ntauerunt. Qui iudex cū filiū suū cecū illuminasset credidit ⁊ ip̄z ānis. 4. in suo ꝑdio maner̄ fecit. Post h̄ cū pōtifices apd̄ vespasianū eū accusassēt iussit vespasian⁹ vt q̄cūq̄ dijs irrogaret iniuriā aut satisfaciat: aut vrbe pell̄. n̄. n. iustū ē vt deos vīdicem⁹: s̄z ip̄i d̄ īimicis suis se vlcisci poterūt si irascūt̄. Tūc demosthenes patricius cū nolētē sacrificare cuidā cēturiōi iā xp̄iano tradidit. Cuius rogatu pgēs in vicū leprosoꝝ vt ibidē pp furorē gentiliū latitaret a paganis insecutus est ⁊ vsq̄ ad mortē diutissime cesus. Ubi p. 7. dies supuiuens ⁊ discip̄l'os admonēs sp̄m tradidit: ⁊ ibidē a xp̄ianis honorifice sepultus est sb̄ Uespasiāo q̄ cepit' circa' ānū dn̄i. 70. De h̄ martyre sic dicit Ambro. i p̄fatōe. Apolinaris dignissim⁹ p̄sul a p̄ncipe petro rauēnā mittit̄: iesu nomē īcredul' nūciare. Qui dū illic mira v̄tutuz signa ꝯferret in xp̄o credentibus seuis vbeꝝ flagell' sepe ꝯterit̄: ⁊ senile iā corp⁹ ab ipsis horrendis cruciatibus laniat̄. S̄z ne de suis vexatiōib⁹ fideles trepident in v̄tute dn̄i iesu xp̄i signa ap̄lica ꝑfic̄. Post tormīta puellā resuscitat mortuā: visū ꝯspicuū cecis reddit ⁊ muto restaurat loq̄llā obsessā a demōio libat: ꝯtagio nē mūdat leprosi dissoluta morbo pestifero sanat mēbra: portētuz simulacri sil' cuz tēplo deiec̄. o dignissimus admiratōe ꝑconij pōtifex: q̄ cuz pōtificis dignitate ap̄licaz ꝓmeruit accipe ꝑtātē. O fortissim⁹ athleta xp̄i: q' etat̄ iā frigescente calore ꝯstanter ī pe nis iesum xp̄m mundi ꝑdicat redemptorez.

De Nomine.



Christina q̄si chrismate vncta. habuit. n. balsamuz boni odoris in cōuersatione: ⁊ oleum deuotionis in mēte ⁊ benedictionem gratie.

De sancta Christina.



Christina nobilissim is parētib⁹ orta in tyro italie a p̄re suo in quadam turri cū. 12. pedisseq̄s collocata est: deos argenteos ⁊ aureos secū h̄ns. Et cū pulcherrima esset ⁊ a multis in cōiugiū peteret̄: parētes eius nulli eā volebāt ꝯcedere: volētes vt i deoꝝ cultura maneret. Ip̄a āt a sp̄ū scō docta idoloꝝ sacrificia abhorrebat: ⁊ incensa dijs imolāda in fenestra abscōdebat. Uenīeti āt p̄ri eius pedisseq̄ dixerūt filia tua dn̄a n̄ra imolare ꝯtēnit: s̄z xp̄ianaz se eē asserit. Pr̄ āt ei blandiēs ad deoꝝ culturā eā ꝓuocabat. Cui illa. Noli me vocar̄ filiā tuā: s̄z eius quē sacrificiū laudis decet. Nō. n. dijs mortalibus: s̄z deo celi sacrificiū offero. Cui pr̄ filia mea ne vni deo tm̄ sacrificiū offeras ne tibi alij irascāt̄. cui illa bn̄ locutus es nesciēs v̄itatē. Offero. n. sacrificiū p̄ri ⁊ filio ⁊ sp̄ui scō. Cui pr̄ si tres deos adoras. cur ēt alios nō adoras: cui illa. Tres illi vna deitas sunt. Post h̄ christina p̄ris sui deos ꝯfregit: ⁊ auꝝ ⁊ argētū paupibus erogauit. Rediēs āt pr̄ vt deos adoraret: s̄z ipsos nō inueniēs ⁊ ab ancillis q̄d d̄ illis Christia fecerit audiēs iratus eā iussit expoliari: ⁊ a 12. uiris cedi: adeo vt ip̄i ministri d̄ficerēt. tūc xp̄ina p̄ri dixit: sine honore ⁊ pudore ⁊ abhoīabilis deo q̄ me cedūt d̄ficiūt: pete illis a dijs tuis v̄tutē si vales. tūc cathēatā eā i carcerē mitti iussit. Audiēs h̄ mater vestimēta sua scidit: ⁊ ad carcerē pgēs filie pedibus se ꝓstrauit dicēs. Filia mea xp̄ina lumē oculoꝝ meoꝝ miserere mei. Cui illa. Quid me dicis filiā tuā: nescis q̄r nomē dei mei habeo: cūq̄ nil sibi persuadere posset ad virum redijt: ⁊ quid sibi responderit indicauit. Tūc pater iussit eam añ tribunal suum duci: cui dixit. Sacrifica dijs: sin autē mult̄ afficieris supplicijs ⁊ mea filia non diceris: cui illa. Ma

gnā mihi grāz ꝑstitisti: q: iā me nō vocas filiā diaboli. qđ autē de diabolo nascit̃ demō est. Tu es p: ipsius sathane. Tūc ille iussit carnes eius vngulis radi: ⁊ mēbra eius tenera disrūpi. Christina aūt de carnib⁹ suis accipiēs in vultū ꝓiecit p̄ris dicēs. Accipe tyrāne ⁊ carnē a te genitā comede. Tunc p: sup rotā eā posuit: ⁊ ignē cum oleo accendit: sed flāma exiliēs. M. D. occidit. P: aūt ei⁹ oīa hec magicis artibus ascribēs ipsaȝ iterū ī carcerē mitti fecit: ⁊ facta nocte iussit pueris suis vt lapidē grandē ad collū eius ligarēt: ⁊ in mare ꝓiicerent. Qđ cū fecissent ꝓtinus angeli eā assumunt. xp̄s aūt ad eam descendit ⁊ eā in mari baptizauit dicēs. baptizo te in deo meo ⁊ in me iesu xp̄o filio ei⁹ ⁊ in spū scō. Et cōmisit eā michaeli archangelo: q eā ad terram adduxit. Qđ audiēs p: frontē suā ꝑcutiens dixit. Quib⁹ maleficijs hec facis: vt ī mari maleficia exerceas? cui illa. Stulte ⁊ infelix a xp̄o hāc gratiā accepi Tunc in carcerē eā misit iubēs vt in crastino debeat decollari. Ipsa aūt nocte vrbanus p: suus mortuus inuenit̃. Huic quidaȝ iudex iniquus successit noīe dius: q cunā ferreā succensam cuȝ oleo rasina ⁊ pice parari fecit: ⁊ xp̄inaȝ ibidē iactari: cunāqȝ a viris quattuor agitari: vt citius ꝯsumeret̃. Tunc xp̄ina deū laudauit: ꝙ eaȝ nuper renatā denuo volebat: vt infantulaȝ ī cunalibus agitari. Tūc iudex iratus fecit radi caput eius ⁊ nudaȝ ꝑ ciuitatē vsqȝ ad apollinem duci: vbi idolo īperauit: ⁊ corruēs in puluerem ē redactū. Qđ audiens iudex expauit ⁊ spūm tradidit. Huic successit Julianus qui fornacē succendi fecit: ⁊ xp̄inaȝ ītus iactari: vbi ꝑ. v. dies cū angelis cantans ⁊ deābulās illesa ꝑmansit: Qđ audiens Julianus ⁊ magicis artibus hoc ascribens duas aspides: duas viperas: duos colubres ad eam mitti fecit. Sed serpentes eius pedes lingunt Aspides nil nocentes ad vbera pendent: colubri collo se voluentes sudorē lingunt. Julianus aūt incantatori dixit. Nunqd ⁊ tu magus es? irrita bestias. Qđ cuȝ faceret serpentes in eū īpetum fecerunt: ⁊ eum ꝓtinus occiderunt. Tunc serpentibus īperauit xp̄ina: ⁊ ad desertū locuȝ ire fecit: ⁊ mortuum hoīem resuscitauit. Tunc iuliāus mamillas eius ꝑcidi mādauit: de qbus lac ꝓ sāguie fluxit. Deide liguā eius ꝑcidi fecit. xp̄ina vo neqq̄ȝ loqlā amittēs ꝑcisurā ligue accipiēs in faciē iuliani ꝓiecit ⁊ oculū eius inde ꝑcutiēs eū excecauit. Iratusqȝ iulian⁹ duas sagitas circa cor eius: ⁊ vnā in latus eius dimisit. Et illa ꝑcussa spūm deo tradidit circa ānū dñi. 297. sб dioclitiano. Requescit āt corpus eius ī qđā castro qđ vulsenū vocat̃ inter vrbē veterē ⁊ viterbiū sito. Turris. n. q̄ iuxta castrū illđ erat: fūdit⁹ ē euersa.

¶ De noie



Iacobus iste apl's dictus ē iacobus zebedei. iacob⁹ frī ioānis: boanerges. i. filius tonitrui: ⁊ iacobus maior. Dr̃. n. iacobus zebedei. f. filius: n̄ tm̄ carne s; ēt nois interpretatione. zebedeus: interpretatur donans siue donatus: ⁊ beatus iacobus seipsū deo donauit ꝑ morteȝ martyriū: ⁊ a deo nobis donatus eū in spūalē patronuȝ. Dr̃ Jacobus frater ioannis: q: fuit eius frī nō tm̄ carne: s; ēt morū silitudie. Ambo. n. fuerūt eiusdē zeli: eiusdē studij: eiusdeȝ voti. Eiusdē zeli ad dñȝ vlciscendum Cuȝ. n. samaritani xp̄m nō recipent Jacobus ⁊ ioānes dixerunt. vis dicimus descendat ignis de celo ⁊ cōsumat illos? Eiusdeȝ studij ad discendum. Vñ isti ꝑcipue fuerūt qui xp̄m de die iuditij ⁊ alijs venturis iterrogauerūt. Eiusdē voti ad obtinēdū: q: sessionē ad dextram ⁊ sinistram xp̄i ambo hře voluerūt. Dr̃ filius tonitrui rōne sonore p̄dicatōis: q: malos terrebat: pigros excitabat oēs sua altitudine in admiratōeȝ ꝯuertebat vñ dic̃ beda de ioāne ꝙ tam alte intōuit vt si aliquantulū altius intonuisset totus mundus eum cape nō potuisset. Dr̃ iacobus maior: sic̃ alter mior. p̄mo rōne vocatiōis: qm̄ p̄mus vocatus est a xp̄o. 2°. rōne familiaritatis. qm̄ maiorē familiaritatē vr̃ hūisse xp̄s cuȝ isto q̄ȝ cuȝ illo: sic̃ pȝ q: ipȝ ad secreta sua admittebat: sic̃ fuit ad puelle resuscitatōeȝ ⁊ ad gl'iosam transfiguratiōnē. 3° rōne passionis: q: primus inter ceteros aplos passus ē. Sic̃ g̊ dr̃ maior alio ex eo ꝙ p̄mus vocatus est ad apl'atus grām: ita potest dici maior ex eo ꝙ p̄mus vocatus est ad eternitatꝭ gloriā.

¶ De sancto Jacobo.



Acobus apł̄us filius zebe
dei post ascẽsionẽ dñi duz
ꝑ iudeã ⁊ samariã predica
ret: in hispaniã tãdez iuit:
vt ibi verbũ dñi semina-
ret. Sꝫ duz ibi se ꝓficere
nil videret: ⁊ solũ ibidem
nouẽ discipulos acq̄siuisset: duos ex illis cã
ꝑdicãdi ibi reliquit: ⁊ alios secũ assumens
iterũ in iudeã rediit. Magr̄. ãt Joã. beleth.
dicit ꝙ tãtuz vnũ ibi ꝯuertit. Cũ ergo in iu-
dea vbuz dñi ꝑdicaret magus qdã noĩe her
mogenes cũ phariseis discipłũ suũ noĩe phi
letum ad iacobũ misit: vt ipꝫ philetus corã
iudeis conuinceret: ꝙ sua ꝑdicatio falsa eẽt.
Sꝫ cũ apł̄s corã oĩbus rõnabiliter eũ ꝯuince
ret ⁊ multa corã eo miracula fecisset: rediit.
philetus ad hermogenẽ doctrinã iacobi ap
probãs ⁊ miracula recitãs: ac eius discipu-
luz se velle fieri ꝓtestans: ⁊ vt ipse silr̄ effice
ret̃ discipulus ꝑsuadẽs. Tũc hermogenes
iratus arte sua magica ita eũ immobilẽ fecit
vt se nullatenus mouere posset dicẽs. Ui-
debimus si iacobꝰ tuus te soluet. Qḋ cũ phi
letus Jacobo ꝑ puerũ suũ nũciasset: misit ad
eũ sudariũ suuz dicẽs. Accipiat sudariuz ⁊
dicat. Dñs erigit helisos: ⁊ ipse soluit ꝯpe-
ditos. Statiꝗ vt de sudario tactus ẽ solutꝰ
a vinculis magicis artibꝰ hermogẽis insul
tauit: ⁊ ad iacobũ ꝓperauit. Jratus hermo-
genes demões aduocauit ꝑcipiẽs vt ipꝫ ia-
cobũ vinctũ cũ phileto adducãt. vt de ipsis
se vindicet: ne discipulis eius deceto aude
ant talit̃ ĩsultare. Ueniẽtes ãt demones ad
iacobũ in aere vlulare ceperũt dicẽtes. Ja
cobe apl̄e miserere nobis: q2 anteꝗ̃ tp̄s nr̄m
adueniat iã ardemꝰ. qbus iacobꝰ. Ut qd ve
nistis ad me: q dixerũt. hermogenes misit nos
vt te ⁊ philetũ ad ipm̃ duceremus: sed mox
vt ad te venimus angelus dei nos chatenis
igneis religauit ⁊ plurimuz cruciauit: qbus
Jacobus. Exoluat vos angelus domini: ⁊
ad ipꝫ redite: ⁊ eũ ad me vinctũ adducite sꝫ
illesũ. Qui cuz abiissẽt apphẽdentes hermo.
manus eiꝰ ei a t̃go ligauerũt: ⁊ ipꝫ sic vinctũ
ad iaco. adduxerũt. d. misisti nos vbi icẽsi su-
mus ⁊ grauit̃ cruciati. dixeruntꝗ demões ad
iacobũ. Da nobis ĩ eũ potestatẽ: vt possimꝰ
tuas iniurias ⁊ nr̃a incẽdia vĩdicare: qbus
ait iacobus. Ecce philetꝰ añ vos ẽ: cur euz
nõ tenet̃. Cui illi. Nos nõ possumꝰ nec for-
micã q̃ in cubiculo tuo ẽ manu ꝯtingere. Di
xitꝗ iacobꝰ ad philetũ: vt bona ꝓ malis ꝑm
ꝙ xp̄s nos docuit reddamꝰ: hermogenes te
ligauit: tu eũ solue. Solutꝰ hermogenes ꝯfũ
sus stetit: ⁊ iacobꝰ ei dixit. Uade liber quo-
cũꝗ volueris. Nõ. n. discipline nr̃e ẽ: vt in
uitus aliq̃s cõuertat̃. Dixitꝗ ei hermo. ego
noui iras demonũ. Nisi mihi aliqd dederis
qḋ mecũ habeã occidẽt me. Cui iacobꝰ bac-
culũ suum dedit. Jlle ãt prexit. ⁊ oẽs libros
artis sue magice ad apostoluz cremãdos at
tulit. Jacobus ãt ne forte odor icendii vexa
ret incautos eos ĩ mare ꝓiici fecit. Proie
ctis ergo libris ad apostolũ rediit. ⁊ plãtas
eius tenens dixit. Aiarũ liberator accipe pe
nitentẽ quẽ inuidẽtez tibi ⁊ detrahẽtez ha-
ctenus sustinuisti. Cepit igit̃ in dei timore ꝑ
fectus eẽ: adeo vt virtutes plurime ꝑ eũ fi-
erẽt. Uidẽtes ãt iudei hermogenẽ ꝯuersum
zelo ꝯmoti iacobũ abierũt: ⁊ cur iesuz cruci-
fixuz ꝑdicaret increpauerũt. Jlle vero cum
eis ꝑ scripturas aduentũ xp̄i ⁊ passionẽ eui-
dent̃ ꝓbasset plimi crediderũt. Abiathar ve
ro põtifex ãni illiꝰ seditionez in ppł̄o excita-
uit: ⁊ misso fune in collo apł̄i ipꝫ ad herodez
agrippã adduci fecit. Cũꝗ iussu eius ad de
colandũ duceret̃. qdã paliticꝰ in via iacens
ad eũ clamauit vt sibi sanitatẽ ꝯferret. Cui
iacobꝰ ait. Jn noĩe iesu xp̄i ꝓ cuiꝰ fide ducor
ad decolandũ exurge sanus: ⁊ benedic crea
torẽ tuũ. Et statim sanatus surrexit ⁊ dñz be
nedixit. Scriba ãt q funẽ in collo suo miserat
⁊ trahebat nomine iosias hoc videns ad pe
des eius se ꝓiecit: ⁊ veniã petẽs se christia
num fieri postulauit. Qḋ vidẽs abiathar eũ
teneri fecit: sibiꝗ dixit. Nisi nomen christi
maledixeris: cum ipso iacobo decollaberis.
Cui iosias. Maledictus tu: ⁊ maledicti om
nes dii tui: Nomen autem domini iesu xp̄i
sit benedictum in secula. Tunc abiathar os
eius pugnis cedi iussit: ⁊ missa de eo legatio
ne ad Herodem impetrauit vt cum Jacobo
decolaretur. Cum autem ambo decolari de
berent. Jacobus a spiculatore lagenam aq̃
petiit: ⁊ ibidẽ iosiaz ꝓtinus baptizauit. ⁊ sta
tim capitis obtruncatione vterꝗ martyriũ
consummauit. Decollatus est autem beatus

iacobus.8°.cal'.aprilis in annũciatione dñi
ca.⁊.8°.cal'.augusti ꝯpostellã trãslatꝰ:⁊.3°.
cal'.ianuarij sepultꝰ:qꝛ sepulchꝛu eius fabri
ca fuit ab augusto vsqꝫ ad ianuariũ ꝓtella-
ta. Statuit igiẛ ecclesia vt festũ eiꝰ.8°.cal'.
augusti in tpe .s. magis ꝯgruo deberet vl'i-
ter celebrari. Decollato aũt iacobo vt ait io
an.beleth: q hanc translationẽ d ligent exe
quiẛ discipuli eiꝰ corpus nocte timore iude
oꝝ rapientes naui illud iposuerunt:⁊ sepul
turã diuine puidẽtie ꝯmittẽtes:naui sine re
gimine ꝯscẽderunt:⁊ ãgelo dñi duce in gali-
ciã in regno lupe applicuerũt.Erat.n. in hi
spania regina q̃dã sic dicta noie ⁊ merito vi
te. Deponẽtes igiẛ corpꝰ de naui sup q̃ndã
magnũ lapidẽ illud deposuerũt:q lapis mox
vt cera corpi cessit:⁊ i sarcophagũ corpi se
mirabiliẛ coaptauit. Ingrediẽtes igiẛ disci-
puli ad lupã dixerũt. Dñs iesus xp̃s mittit
ad te corpꝰ discipuli sui: vt quẽ noluisti susci
pere viuũ suscipias defunctũ. Et narrãtes
ei miraculũ:q̃liter.s.sine regimine illuc vẽ
isset:locũ ad eiꝰ sepulturã ꝯgruũ petierẽt. Qð
dũ regina audisset: vt dicit Jo.beleth:eos in
dolo ad quẽdã viꝝ crudelissimũ: vl' fm ali-
os ad regẽ hispãie destinauit: vt eiꝰ sup hoc
ꝯsensum haberẽt:qui eos cepit ⁊ in carcerez
reclusit. Cũ ãt ille discũberet ãgelus dñi car
cerẽ apuit:⁊ eos libe abiẛ pmisit. Qð dũ ille
recognouisset velociẛ post eos milites q eos
caperẽt destinauit. Cũ ãt milites illi pontez
trãsirẽt:fracto põte oẽs i flumine sũt submer
si:qð ille audiẽs pnia ductus sibi ⁊ suis me-
tuens misit post illos rogãs vt ad se redirẽt
⁊ qcqd vellẽt ad libitũ ipetrarent. Illi ãt re
dierũt:⁊ populũ ciuitatꝭ ad fidẽ dñi ꝯuerterẽt
Qð lupa audiẽs vehemenẛ doluit:⁊ redeũ-
tibꝰ ad se discipulis:⁊ assensũ regis apienti
bus illa rñdit. Accipite boues quos habeo i
tali loco vel mõte ⁊ plaustꝝ iungite ac corpꝰ
dñi vr̃i deferte : ⁊ locũ sicut volueritꝭ edifi-
cate:hoc ãt lupa lupia cogitatõe dicebat scie
bat.n.boues tauros esse indomitos ⁊ silue-
stres ⁊ iõ putauit ꝙ non possent iũgi nec ap-
plicari:vl' si iũgerenẛ huc illucqꝫ discurrerẽt
⁊ sic currũ dissiparẽt:⁊ corpꝰ deijcerent ⁊ ip
sos necarent. Sed non est sapientia contra
dolũ. Illi.n. dolum eius nõ cogitantes mõ
tem ascendũt : ⁊ draconem quendaz ignem

spirantem ⁊ in eos irruentẽ erucẽ opposita p
mediũ ventrẽ scindunt. Scõ ẽt signo crucis
sup tauros velut agni subito mãsuescũt ⁊ eos
iũgentes corpus sci iacobi cũ lapide sup quẽ
positũ fuerat in curru posuerũt. Boues au-
tem sine alicuius regimine corpꝰ in mediũ
palatiũ lupe detulerẽ. Qð illa videns ⁊ stu
pẽs credidit ⁊ xp̃iana effecta oia q̃ petierũt
tribuit:⁊ palatiũ i eccl'iaz scõ iacobo dedicaẛ
magnifice ipaz dotauit:⁊ in bonis opibꝰ vi-
tã finiuit. ¶ Uir qdam noie Bernardus de
epatu mutinẽsi. vt ait calixtus papa: diu ca
ptus ⁊ cathenatꝰ in ꝓfundo turris positus
esset ⁊ semp beatũ iacobũ inuocaret: apparu
it ei scũs Jacobꝰ dicẽs. Ueni sequere me in
galliciã. Et ꝯfractis cathenis cũ disparuis-
set:ille vinculis ad collũ suspẽsis ad sũmita-
tem turris ꝯscendit: ⁊ inde sine aliq̃ lesione
vnicũ saltũ fecit:cũ tñ turris q̃dragita cu-
bitoꝝ altitudinẽ pcsideret. ¶ Quidã vt ait
Beda cũ enorme plurimũ peccatũ ꝯmisisset
⁊ eps ꝯfitentẽ absoluere timuisset: hoiez illũ
cum cedula in q̃ illud peccatũ scriptũ erat
ad scũ iacobũ misit. Cuz ĝ in festo eiusdẽ ce
dulã sup altare posuisse ⁊ scm̃ iacobũ vt illð
peccatũ deleret suis meritis exorarẽt:cedu
lam postmodum aperuit: ⁊ peccatum peni-
tus deletum iueniẽs deo ⁊ scõ iacobo grati-
as reddidit:⁊ scm̃ oibꝰ publicauit. Trigin-
ta viri de lotoringia vt ait Ubertus bisun-
tinꝰ:circa ãnũ dñi.1070.ad scm̃ iacobũ ꝑe
rantes oẽs vno excepto fidẽ sidi mutui fuu-
tij pmiserũt. Unꝰ igiẛ illoꝝ infirmatꝰ.15.die
bus a socijs expectaẛ. sꝫ tandẽ a cũctꝭ relin-
quiẛ:⁊ a solo illo q fidẽ nõ pmiserat ad pedes
montꝭ sci michaelis custodiẛ: sꝫ aduesꝑascẽ-
te die moriẛ. Uiuꝰ ãt ꝓpter illius loci solitu
dinẽ ⁊ defuncti horrẽdã pñtiã: ⁊ iminẽtẽ no
ctis caliginẽ:⁊ gẽtis barbare feritatẽ valde
timuit. Sꝫ statĩ btũs iacobus i spẽ equitꝭ si
bi appens ⁊ eũ ꝯsolãs ait. Trade mihi hunc
mortuũ:⁊ tu ascẽde post me sup equũ. Sic
ꝙ illa nocte an̄ solis ortũ dietas.15.pagẽtes
ad mõtem gaudij q ẽ dimidia leuca circa sã
ctũ iacobũ ꝑuenerunt. Ibiqꝫ sanctꝰ iaco-
bꝰ vtrũqꝫ deposuit ꝑcipiẽs vt canõicos sci
iacobi ad sepeliendum peregrinum mortuũ
conuocaret:⁊ suis socijs diceret: ꝙ ꝓpter
fidem fractaz eoꝝ peregrinatio nil valeret.

Qui iussa compleuit: ⁊ stupentibus socijs de eius itinere ea q̄ scūs iacobus dixerat itima uit. ❡ Theotonic⁹ qdā vt ait calixtus papa: cū filio suo circa ānuz dñi millesimū centesimuz ad scm̄ iacobū pgens: ⁊ in vrbe tolosa grā hospitādi diuertēs ab hospite iebriatur ⁊ ab eo in mala argēte⁹ sciphus abscondit Mane igit̄ exeuntes q̄si latrones inseq̄ns reuocauit: ⁊ ꝙ sciphū argēteū furati fuissent eisdē obiecit. Cui cuz diceret ꝙ punire eos faceret si apud eos sciphū inuenire posset. Et cū apta mala inuētus fuisset. ꝓtinus ad iudicē rapiunt. Data ergo sñia oīa que habebāt hospiti tradunt: ⁊ vn⁹ eoꝝ ad suspen diū iudicat. Sꝫ cū pater ꝓ filio ⁊ fili⁹ ꝓ patre mori vellet: tandē filius suspēditur: ⁊ pa ter ad scm̄ iacobuz merens ꝓgredit̄. Igitur post. 36. dies rediēs ⁊ ad corpus filij diuertens sup eū lamētabiles voces ꝓmebat. Et ecce filius suspēsus ipm ꝯsolari cepit dicēs. Dulcissime pater: ne fleueris: q2 mihi nūq̄ꝫ sic bn̄ fuit. qm̄ hucusq3 scūs iacobus me sustē tat: ⁊ celesti dulcedie reforcillat. Qđ paf au diēs ad vrbē cucurrit: ⁊ veniētes ppli filiū pegrini incolumē deposuerūt: ⁊ hospitez suspenderūt. ❡ Refert hugo de scō victo. ꝙ cuidā pegrino ad scm̄ iacobū pgenti diabolus in specie sci Jacobi apparuit: ⁊ de miseria pn̄tis vite plā ꝯmemorans felicē se esse si ob honorē suū se necaret asseruit: q mox gladiū arripuit: ⁊ ꝓtinus seipꝫ occidit. Et cuz ille in domo cuius hospitat⁹ fuerat suspect⁹ hre tur: ⁊ mori plurimuz formidaret: ꝓtinuo qui mortu⁹ fuerat reuixit: asserēs ꝙ dū demon: q mortē suaserat ad supplicia ipsum duxissꝫ btūs iacob⁹ mox occurrit, ⁊ ereptum ad thro num iudicis deduxit: ⁊ accusantibus demo nib⁹ vt vite restitueret obtinuit.. ❡ Quidā iuuenis de territorio lugdunensi: vt narrat hugo abbas cluniacensis: q ad scm̄ iacobum freq̄nter cū deuotione magna ire solebat: q̄dam vice dum illuc pergere vellet: nocte il la in fornicationez lapsus ē. Pergenti igit̄ nocte quadam diabolus in specie sancti Ja cobi ei appuit dicens. nosti qui sum neganti illi dixit diabolus. Ego suz iacobus apostolus quē singulis annis visitare ꝯsueuisti Scias ꝙ multū de deuotione tua gaudebā sed nuper de domo tua egrediens in fornicationem incidisti: ⁊ nō ꝯfessus ad me acce dere ꝓsumpsisti: q̄si tua pegrinatio mihi ⁊ do placere possit. Non sic expedit: sꝫ qcunq3 ad me pegrinando venire desideraret: ꝓus peccata sua ꝑ ꝯfessionē oꝫ precidere: ⁊ post pegrinando eadē ꝯmissa punire. Et his dictis demō euāuit. Tūc iuuenis anxiatus domū suā redire ⁊ pctā ꝯfiteri. deide iter reincipe disponebat. Et ecce diabolus apparēs iteꝝ. in specie apostoli in hoc oino dissuasit asserens ꝙ pcm̄ illud nullo mō sibi remitteret: nisi penitus gēitalia sibi mēbra secaret. Beatior autē foret si se vellet occidere: ⁊ ꝓ eius noie martyr esse. Juuenis igit̄ nocte socijs dormiētibus gladiū accipiens genitalia sibi ꝓcidit: deinde eodē cultro se ꝑ ventrē tran sfixit. Expgefacti socij h̄ vidētes: ⁊ plurimū formidātes ꝓtinus aufugerunt: ne suspecti de homicidio haberēt. Uex cū fouea ei paret: q fuerat defunct⁹ reuixit. ⁊ cūct̄ fugiēti bus ⁊ stupētib⁹ q̄ sibi acciderāt enarrauit di cens. Cū me ad suggestionē demōis occidis sez demōes me capiētes vsus romā deduce bāt: ⁊ ecce post nos btūs iacob⁹ ꝓtinus cucurrit: ⁊ demones de fallacia plurimū icrepauit. Cūq3 adinuicē diutius disceptarent cogēte btō iacobo ad quoddā pratū venim⁹ vbi v̄go beata cum mult̄ scīs colloquēs resi debat. Cui cū btūs iacobus ꝓ me ꝯquestus fuisset: illa plurimuz demones increpauit. ⁊ me vite restitui ꝓcepit. Beatus igitur iaco bus me suscipiens vite reddidit vt vidett Post triduum ergo solis in illo cicatricibus remanentibus iter arripuit. ⁊ inuent̄ socijs oīa ꝑ ordinez enarrauit. ❡ Frācus qdā. vt ait calixtus papa: circa annum dñi. 1100. cum vxore ⁊ filijs ad scm̄ iacobū ibat. tū volens mortalitatē q̄ erat in frācia fugere: tū sanctū iacobū cupiens visitare. Qui cū ad vrbē pā pilonia venisset: vxor ei⁹ ibibē obijt: ⁊ hos pes totā eius peccuniā sibi cū iumēto q̄ vehebant pueri vsurpauit. Ille āt desolatus incedēs pueros quosdaz in humeris portabat quosdā ad manū trahebat. Cui vir cum asino ꝯpassione ꝯmotus occurrens sibi asinum cōmodauit: vt super illum pueri vehe rentur. Qui cuz ad sanctuz Jacobū peruenissꝫ eidē vigilanti ⁊ oranti sanctus iacobus apꝑuit: ⁊ an se cognosceret requisiuit: cui negan-

ti ait. Ego sum iacob⁹ apostolus qui tibi me
uz asinũ ꝯmodaui: ⁊ itez accommodo reuer
tenti. Sed scio prenoscens: ꝙ hospes tuus
de solario corruens morietur: ⁊ oĩa que tibi
abstulerat rehabebis. Que cũ oĩa ꝯtigissent
ille domũ letus rediit: ⁊ pueris de asino de
positis asinus statiz disparuit. ¶ Quidam
mercator a quodã tyranno iniuste spoliatus
in custodia tenebat: q deuote scm̃ iacobum
in sui auxiliũ inuocabat. Cui scũs iacob⁹ vi
gilantibus custodibus apparuit: ⁊ vsq₃ ad tur
ris sũmitatem ipsuz perduxit. Statiq₃ turris
adeo se inclinauit: ꝙ ipsius summitas ter
re equalis fuit: de qua sine saltu recedẽs so
lutus recessit. Quem custodes insequen
tes lz iuxta eum pergerent: tamen ipsum vi
dere nõ poterãt. ¶ Dũ tres milites vt ait
Ubertus bisuntins lugdu. diocesis ad san
ctuz Jacobũ pergerent: vnus eorũ a qdã mu
liercula rogatus sacculum ipsius amore sã
cti iacobi super equum suum portabat: dein
de quendam infirmum in via deficientẽ in
ueniens: ipsuz sup equũ posuit: ⁊ infirmi bur
donez cum sacculo mulieris accipiẽs equũ
pariter sequebatur: sed feruore solis ⁊ labo
re itineris fractus cũ galiciaz aduenisset in
firmitate grauissima laborauit. Cũq₃ a socijs
de salute anime rogaretur: ille tribus dieb⁹
extitit mutus: sed quarto die socijs ei⁹ mor
tẽ expectãtibus grauiter suspirãs ait. Gra
tias ago deo ⁊ scõ iacobo qr eius suz meritis
liberatus. Cũ.n. qd monebatis facere vel
lem: demones ad me venerunt me taz gra
uiter constringentes: vt nihil qd ad salutez
anime pertineret aliquatenus loqui possem
vos quippe audiebam: sed prorsus respon
dere non poteram. Nunc autez sanctus ia
cobus huc intrauit ferens in sinistra manu
sacculum mulieris. in dextra baculũ paup
is: quos in via adiuuerã: ita vt burdonez p
lancea. ⁊ sacculuz p scuto haberet: ⁊ demo
nes quasi iratus agrediẽs eleuato bacculo
ipsos terruit: ⁊ in fugaz conuertit. Nunc er
go ecce bti iacobi gratia me libauit ⁊ loquel
lam restituit. Uocate ergo ad me sacerdotez
qr diu in hac vita esse non possum. Et ꝯuer
sus vni eorũ dixit. Amice noli ãmodo dño tuo
imitare qr veraciter est dãnat⁹: ⁊ mala mor
te in proximo moriturus. Sepulto autez so
cio cum ille domino suo hoc dixisset: ille pro
nihilo hoc ducens: ⁊ se emendare ꝯtemnẽs
post modicuz lancea in bello confossus inte
riit. ¶ Cum cuidam viro de viciliaco: vt
ait Calixtus papa ad scm̃ iacobum properã
ti pecunia defecisset: ⁊ ille mendicare erube
sceret sub quadam regescens arbore somni
abat ꝙ scũs iacobus euz pascebat. Euigilãs
igitur subcinericiũ panem ad caput reppit.
de quo quindecim diebus vixit. quousq₃ ad
propria remeauit. Singulis.n. diebus suffi
cienter bis de eo comedẽs. sequenti die ip
sum in sacculo integrum inueniebat. ¶ Re
fert calixtus papa ꝙ ciuis qdam barchione
vrbis circa annũ dñi millesimum centesimũ
ad scm̃ iacobum veniens hoc solum postu
lasse dicit ne deinceps ab aliquibus hostib⁹
caperetur. Rediens igitur p siciliã in mari
a saracenis capit: ⁊ pluries ab eis p nundi
nas vendit: sed tamen semp cathene qbus
ligatus fuerat soluebant. Cũ autẽ iaz.13. vi
cibus venditus fuisset: ⁊ duplicibus cathe
nis astrictus esset: ⁊ ille beatuz iacobũ inuo
caret: sanctus Jacobus eidem apparuit di
cens. Quoniam in ecclesia mea consistens
postposita salute anime: liberationem tantũ
corporis postulasti: ideo in hec pericula in
cidisti. Sed quia Dominus misericors est
misit me vt te redimam. Statiq₃ ruptis ca
thenis per terras ⁊ castella sarracenorũ par
tem quandã cathene in testimonium huius
miraculi ferens ad terrã suam cunctis vidẽ
tibus ⁊ stupẽtibus rediit. Cũ.n. eũ aliqs ca
pe volebat: visa cathena territ⁹ ptin⁹ fugi
ebat. Sz eum leones aliiq₃ fere in eũ p de
serta gradientẽ vellẽt insurgere mox visa ca
thena ꝯcutiebantur terrore nimio. ⁊ in fugã
protinus vertebantur. ¶ Anno domini mil
lesimo ducẽtesimo tricesimo octauo i vigilia
sãcti iacobi: in qdã castro: qd dicit p̃tõ int flo
rentiã ⁊ pistoriũ sito: iuuenis qdã rustica q̃
dã simplicitate decept⁹ in segetes tutoris sui
ignẽ apposuit: eo ꝙ hereditatẽ suã sibi vsur
pare volebat. Tentus igitur ⁊ confessus ad
caudam equi trahendus incendio adiudi
catus est. Qui peccatum confitens: et san
cto Jacobo se deuouens. Cum super terraz
petrosam in sola camisia diutius tractus fu
isset. Nec in corpore: nec in camisia sen

sit aliquā lesionem. Tandē ad palū ligat ligna vndiq; cōgerunt: igne supposito ligna & vincula cōburunt sed ipso semp beatū iacobū inuocante: nec in camisia nec in corpore aliqua lesio reperit. Quē dū in ignē vellēt iterato iactare a populo eripit: & deus i apostolo suo magnifice collaudatur.

¶ De nomine



Hristoforus anī baptismū dicebat reprobus: sʒ postmodū christoforus dictus est quasi christū ferens: ex eo scilʒ ꝙ christū q̄tuor modis portauit. s. in humeris per traductionē: in corpore per mortificationē in mente p deuotionem: in ore p cōfessionem siue p̄dicationem.

¶ De sancto Christoforo.



Hristoforus gener chananeꝰ pcerissime statur: vultuq; terribilis erat: & duodeci cubitos in lōgitudie possidebat: Qui vt in quibusdā gestis suis legit: cū staret cū quodaʒ rege chananeorum: venit sibi in mentē vt maiorē pncipem qui in mūdo esset quereret: & ad eūdeʒ secū moraturꝰ accederet. Venit igit ad quēdam maximū regeʒ de quo generalis fama habebatur: ꝙ maiorē principē mundus nō haberet. Quē rex vidēs libenter recepit: & i sua curia manere fecit. Quadā autem vice ioculator quidā cantionem corā rege cantabat in qua freqnter diabolū nomiabat. Rex āt cuʒ fidē xpi haberet: quandocūq; diabolum nominari audiebat ptinus in faciē suā crucis signaculū imprimebat. Quod vidēs xpoforus plurimū admirabatur cur hec rex ageret: & qdnā huiusmodi signū sibi vellet. Cū āt de hac re regē interrogaret: & ille h sibi manifestare nollet rndit xpoforus. Nisi h mihi dixeris tecum vlterius nō manebo. Quapp coactus rex dixit ei. Qñcunq; diabolū noiari audio h signo me munio timens ne in me ptātē accipiat: mihiq; noceat. Cui xpoforꝰ. Si diabolū ne tibi noceat metuis g ille maior & potētior te esse cōuicit: quē tu intantū formidare pbaris: frustratus sum igr spe mea: putās ꝙ maiorē & potētiorē mūdi dnʒ inuenisseʒ: sed iā nunc valeas: qr ipʒ diabolū q̄rere volo. & ipsum mihi in dñm assumā: & eius seruus efficiar. Discessit igr ab illo rege: & diabolum q̄rere pperabat. Cum āt per quandā solitudinē pgeret: vidit magnam multitudinē militum: quorum quidā miles ferus & terribilis venit ad euʒ: & quonā pgeret requisiuit. Cui christoforus respondit. Vado q̄rere dñm diabolum: vt ipsum i dñm mihi assumā. Cui ille. Ego sū ille quē queris. Gauisus christoforus se sibi in seruum ppetuum obligauit: & ipm pro dño suo accepit. Cum g ambo pgerent: & in q̄dā via cōmuni quandā crucem erectā inuenissent: mox vt diabolus ipsam crucem vidit territus fugit: & viaʒ deserens per asperam solitudinē xpoforum duxit: & postmodū ipm ad viam reduxit. Quod vidēs christoforus & admirans interrogauit cur intantū timens viam planam reliquerit: & tantum deuians per taʒ asperam solitudinem ierit. Quod cū ille sibi nullatenus indicar vellet dixit xpoforus. Nisi mihi hoc indicaueris: statiʒ a te discedam Quapropter cōpulsus diabolus dixit ei. Quidam homo qui dicitur christus in crucem affixus fuit: cuius crucis signum cuʒ video plurimū pertimesco: & territus fugio. Cui christoforus. Ergo ille christus maior & potentior te est: cuius signū intantū formidas. In vacuum igitur laboraui: nec adhuc maiorem principem mundi inueni: iaʒ nunc valeas: quia te volo deserere & ipsum christum inquirere. Cū igitur diu quesisset quisnam sibi notitiam christi indicaret: tandem ad quendam heremitā deuenit. q sibi christum predicauit: & in eius fidem ipsū diligenter instruxit. Dixitq; heremita christoforo. Rex iste cui seruire desideras istud requirit obsequiuʒ: qr te frequenter ieiunare oportebit. Cui xpoforus Aliud a me requirat obsequiū: qr istā rem neq̄q̄ agere valeo. Rursus heremita. Multas quoq; orōnes te sibi facere oportebit. Cui xpoforus. Nescio quid sit hoc: nec huiusmodi obsequium perficere possum. Cui heremita. Nosti talē fluuium in quo multi transeuntes periclitant & pereunt? Cui christoforus. Noui. Et ille. Cuʒ procere stature sis & fortis viribus: si iuxta fluuiū illū resideres & cūctos traduce

res: regi xp̄o cui seruire desideras plurimū
gratū esset: ⁊ spero ꝙ ibidē se tibi manifesta-
ret. Cui xp̄oforus. Utiqꝫ istud officium age
re valeo: ⁊ me sibi in hoc seruiturū ꝓmitto
Ad ꝑdictum igr̄ fluuiū accessit. ⁊ ibidē sibi
habitaculum fabricauit. Portās sqꝫ loco bac
culi quandā ꝑticā in manibus: q̄ se in aq̄ su-
stentabat sine cessatione transferebat. Euo-
lutis multis diebus cū in domūcula sua ge-
sceret audiuit vocē cuiusdā pueri se vocan
tis ⁊ dicentꝭ. Xp̄oforo veni foras ⁊ meipsū
traducas: cōcit⁹ xp̄oforus exijt: sed nemi-
nem repperit. Rediensqꝫ in domūculā suā
ꝑdictā iterū vocē se acclamantꝭ audiuit: qui
rursus foras cucurrit: sed neminē inuenit.
Tertia vice ab eodē vt ꝑus vocatus exijt: ⁊
puerū quendā iuxta ripā fluminꝭ inuenit: qui
christoforū vt se traduceret obnixe rogauit
Xp̄oforus igr̄ puerum sibi in hūeris eleuās
⁊ baculum suum accipiens flumē transitur⁹
intrauit ⁊ ecce aqua fluminis paulatī intume
scebat: ⁊ puer instar plumbi grauissime pōde
rabat. Quātoqꝫ magis ꝓcedebat tāto amplius
vnda crescebat: ⁊ puer magis ac magis xp̄o
fori hūeros pondere intolerabili deꝑmebat
adeo vt xp̄ofor⁹ i angustia multa positus eēt
⁊ se periclitari plurimū formidaret. Sꝫ cū
vix euasisset ⁊ fluuiū trāsfretasset puerū in
ripa deposuit eiqꝫ dixit. In magno me puer
periculo posuisti: ⁊ adeo ponderasti ꝙ si to-
tū mundum suꝑ me habuissē vix maiora ꝑ
sensissem. Ad quē puer respondit. Ne mire
ris christofore quia non solū suꝑ te totū mū
dum habuisti: sed etiā illum qui creauit mū
dū tuis humeris baiulasti. Ego .n. sum xp̄s
rex tuus cui in hoc oꝑe ipse deseruis. Et vt
me verum dicere cōprobes: cū pertransie-
ris baculum tuū iuxta domunculā tuam in
terra fige ⁊ mane ipm̄ floruisse ⁊ fructificasse
videbis: Statiqꝫ ab ocul' eius euanuit. Ue
niens igr̄ christoforus cū baculum in terra
fixisset mane surgens inuenit ipsū admōm
palme frondes ⁊ dactilos protulisse. Post
hoc autem in samum ciuitatem licie venit:
vbi dum eorum linguam nō intelligeret ora
uit dn̄m vt illius lingue sibi ꝯcederet itelle
ctū. Dū āt in ꝑce ꝯsisteret iudices eū insanū
putātes cū relīq̄rūt. assecuto xp̄oforo qđ pe
tebat vultū operiēs ad loca certaminis ve
nit: ⁊ xp̄ianos q torquebantꝰ in dn̄o ꝯforta-
bat. Tūc vnus ex iudicibus in faciem eum
percussit. Cui xp̄oforus vultū discooperiēs
dixit. Nisi xp̄ianus eēm meā ꝓtinus iniuri
am vindicassem. Tūc xp̄oforus vīgā suā in
terrā fixit: ⁊ vt ꝑꝑ ꝯuersionem ppl'i fronde-
ret dn̄m exorauit. Qđ dum ꝓtinus factum
fuisset: octo millia hoīum crediderūt. Rex
aūt .200. milites qui eū ad se adducerēt mi-
sit. Et cū eum orare inuenissēt: ⁊ sibi hītima
re timerēt: iterū totidē misit: qui ⁊ ipsi cū eo
orante ꝓtinus orauerūt. Surgēs igit̄ xp̄ofo
rus dixit eis. Quid queritꝭ. Qui eius vultū
vidētes dixerūt. Rex misit nos vt te ad ipm̄
vinctū ducamus. Quib⁹ xp̄oforus. Si ego
voluero nec solutus nec ligat⁹ a vobis du-
ci potero. Dicūt ei. Si ḡ nō vis vade liber
q̊cunqꝫ volueris ⁊ nos regi dicem⁹ ꝙ te ne
quaqꝫ inuenimus. Nō ita iquit sꝫ ego vobis
cū vado. Ipse autē ad fidē ꝯuertit: ⁊ ab eis
manus sibi atergo ligari fecit ⁊ se regi vin-
ctū p̄ntari. Quē rex vidēs territus ē: ⁊ de se
de sua ꝓtinus corruit. Deinde a seruis suis
leuatus de noīe suo ⁊ p̄ria eū interrogauit.
Cui xp̄oforus. Añ baptismū reprobus dice
bar. Nunc aūt xp̄oforus vocor. Cui rex stul
tum tibi nomen iposuisti: xp̄i .s. crucifixi: qui
nec sibi profuit nec tibi ꝓdesse poterit. Nūc
ḡ chanaee malefice q̄re non sacrificas dijs
nr̄is. cui xp̄oforus. Recte vocaris dagnus
qr tu es mors mūdi socius diaboli. Dij aūt
tui sunt oꝑa manuū hoīum. cui rex. Inter fe-
ras nutritus es: iō ñ potes nisi feralia ⁊ ho
minibus icognita loqui. Nūc ḡ si sacrifica-
ueris magnos honores a me ꝯsequeris: sin
autē duris supplicijs ꝯsumeris. Nolētē ḡ
sacrificare i carcerē mitti iussit: ac illos mili
tes qui ad xp̄oforū missi fuerāt pro xp̄i noīe
decollari fecit. Deīde duas formosas puel
las: quarū vna dicebatꝰ nicea ⁊ altera aqui-
lina secū in carcere recludi fecit: ꝓmittens
eis multa munera si eū ad peccādū secū al
licerent. Qđ vidēs xp̄oforus ꝓtinus i ora-
tionē se dedit. Sꝫ cū a puellis plausu manu
um ⁊ amplexibus vrgeretꝰ surrexit ⁊ ait illis
Quid queritꝭ ⁊ quā ob cām huc introducte
estis? At ille claritate vultus eius ꝑterrite
dixerūt. Miserere nr̄i scē dei: vt i deū quē
ꝑdicas credere valeamus. Qđ audiēs rex

eas ad se adduci fecit dicens. Ergo ⁊ vos
seducte estis? Per deos iuro qꝛ nisi dijs sa-
crificaueritis: mala morte peribit̄. Que re-
sponderūt. Si vis vt sacrificemus iube pla
teas mundari: ⁊ oēs ad templuȝ ꝯgregari.
Quo facto cū ille introissent templum soluē
tes cingulū suum posuerunt in colla deoꝝ ⁊
ad terrā trahentes in puluerē confregerunt
dixeruntqȝ astantibus. Ite ⁊ vocate medi-
cos vt curent deos vr̄os. Tunc iussu regis
Aquilia suspenditur: ⁊ ligato ad eius pedes
ingenti saxo membra eius oīa disrumpūtur
que cū migrassȝ ad dn̄m soror eius Nicea i
ignē ꝓijcit̄: sed inde illesa exiens ꝓtinus de
collatur: Post hoc xp̄oforus regi presentat̄.
Qui iussit eum vgis ferreis cedi ⁊ cassidem
ferreā ⁊ igneaȝ in caput eius poni. Deinde
scānū ferreum fieri fecit ⁊ xp̄osoꝝ ibidē liga
ri: ⁊ ignē iniecta pice succendi: sed instar ce-
re scamnum confringitur. ⁊ Christoforus il
lesus egreditur. Deinde iussit eum ad sti-
pitē ligari: ⁊ a. 400. militibus sagittari. Sa-
gite autem oēs in aere suspendebantur: nec
ipsum aliqua contingere potuit. Rex autēȝ
putans ip̄m a militibus sagittatum cū eidē
insultaret vna de sagitis ab aere veniens ⁊
retro se vertens regē in oculo ꝑcussit: ⁊ ip̄m
ꝓtinus excecauit. Cui christoforus Crastia
die ꝯsumandus sum tu igit̄ tyrāne lutuȝ de
meo sanguie facies: oculū inunges ⁊ sanita
tem recipies. Tunc iussu regis ad decollan
dū ducitur: ⁊ ibi fusa oratione ꝺcollat̄. Rex
aūt modicū de sanguine eius accipiens ⁊ su
ꝑ oculū suū ponēs ait ī noīe dei ⁊ sci xp̄ofori.
⁊ ꝯtinuo sanus effectus est. Tunc rex credi
dit dans ꝑceptum vt siquis deum ⁊ sanctū
xp̄oforum blasphemaret continuo gladio fe-
riretur. Ambro. aūt in prefatiōe sic ait de ꝟ
martyre. Xp̄oforo tante vtutis cumulum ⁊
doctrine gratiam dn̄e cōtulisti vt. 48. milia
hominum de gentilitatis errore ad christia
ni dogmatis cultū corruscantibus miracul̄
reuocaret. Quiqȝ Niceam ⁊ Aquilinā pub
lico lupanari lōgo tēpore sub meretricia sor-
de famulantes ad castitatis habitum reuo-
cauit: easdēqȝ coronā ꝑcipere edocuit. Pro
pterea inter igneū rogum ferreo scāno con-
strictus nimium calorem non timuit: atqȝ ꝑ
diem integrum omnium militum sagittꝭ trāſ
figi non potuit. Ceterum vna ex his carnifi
cis oculū collisit: cui tn̄ beati martyris cruor
mixtus terre lumen restituit ⁊ corporis ceci
tatem tollendo illuminauit ⁊ mentem. Naȝ
⁊ apud te veniam impetrauit. atqȝ vt mor-
bos ⁊ īfirmitates repellat supplicit̄ obtinuit.

¶ De septē dormientibus



Epteȝ dormientes in ciui
tate ephesi orti sūt. Deciꝰ
āt impator ꝑsequens xp̄ia-
nos cū venisset ephesū iuſ
sit edificari templa in me-
dio ciuitatis: vt oēs cuȝ eo
miscerentur sacrificijs ido
lorum. Cum ḡ oēs xp̄ianos inquiri iussisset ⁊
vinctos aut sacrificare aut mori cōpelleret
tantus penaꝝ terror cūctis inerat: ꝙ amicꝰ
amicū ⁊ filium pater ⁊ patrem filius abne-
gabat. Tunc in illa vrbe inuenti sunt xp̄iani
septem. Maximianus Malchus: Marti
anus: Dionysius: Johan: Serapiō: ⁊ Con
stantinus: qui hoc videntes nimis dolebāt:
⁊ cū essent primi palatij sacrificia idolorum
ſpnētes in domo sua se celabant ⁊ ieiunijs ⁊
orōibus vacabant: Accusati igr̄ ante Deci
um statuunt̄ ⁊ ꝯprobati vaciter xp̄iani dato
eis resipiscēdi spacio vsqȝ ad reditū Decij
dimittunt̄. At illi patrimoniū suū interiȝ in
pauperes expendentes inito consilio in mō-
te celion cesserunt: ⁊ ibi esse secretius decre
uerunt. Diu ḡ sic latentes vnus eoruȝ sem
per ministrabat ⁊ quotiens intrabat vrbem
figura se mendici ⁊ habitu vestiebat. Cuȝ ḡ
Decius in vrbem redijsset: ⁊ eos ad sacrifi-
canduȝ perquiri iussisset: Malchus mister
eoꝝ territus ad socios redijt: ⁊ eis furorem
imperatoris indicauit: Qui cuȝ grauiter ter
rerentur Malchus allatos panes eis appo
suit: vt cibo confortati fortiores ad prelium
redderentur. Postqȝ aūt cenauerūt seden-
tes: ⁊ colloquentes in luctu ⁊ lachrymis sibi
to sicut deus voluit dormierunt. Mane fa
cto cū q̄siti fuissent ⁊ inueniri non possent ⁊
Decius doleret ꝙ tales iuuenes ꝑdidisset:
accusati sunt ꝙ hucusqȝ in monte celion latu
issent: ⁊ sua christianis paupibus erogātes
in suo ꝓposito ꝑmanerent. Jussit ḡ decius
vt parentes eoꝝ adessent: ⁊ cōminatus est
eis mortem nisi de eis dicerent queqd sciret̄.
Illi āt eos similiter accusauerunt: ⁊ diuitias
suas expendisse cū paupibus ꝯq̄sti sūt. Tūc

cogitans qd de eis faceret nutu dei iussit os
spelunce lapidibus obstrui vt ib i morerent
fame ⁊ inopia circumclusi. Quod ministri qdem
fecerunt: ⁊ duo xpani theodorus ⁊ ruffinus
eorum martyriũ describentes caute inter lapi
des posuerũt. Mortuo igr decio ⁊ tota illa
generatiõe post annũ .372. anno .30. impe. ij
theodosij pullulauit heresis eorum. qui nega-
bant resurrectionem mortuorum. Unde ɔtrista
tus Theodosius xpianissim9 ĩpator. qr fidem
tã ĩpie agitari videbat: indut9 cilicio sedẽs ĩ
ĩteriori loco p singlos dies flebat. Quod videns
misericors deus ɔsolari lugẽtes ⁊ ɔfirmare spẽ
de resurrectõe voluit mortuorum. Et thesaurum
sue pietatis aperiẽs ita pdictos martyres su
scitauit. Misit sigdẽ in cor cuiusdã burgen
sis ciuis ephesi vt in illo mõte edificaret sta
bula pastoribus suis. Cementarijs g spelun
cam apientibus surrexerunt sci: ⁊ se inuicem
salutãtibus putabãt se tantũ vna nocte dor-
misse: ⁊ pdianam tristitiã recordantes inter
rogauerunt malchum q eis mĩstrauerat qd
de eis decius decreuisset. At ille respondit
Sicut dixi in sero qsiti fuimus: vt idolis i-
molemus: Ecce qd de nobis cogitat ĩpator.
respondit maximianus. Et deus scit q non
sacrificabimus. Cunqz socios cõfortasset iuss
sit malcho vt empturus panes ad vrbem d
scenderet. ⁊ plures qz heri ferens panes qd
iussisset impator rediens nũciaret. Tollens
ergo malchus qnqz solidos de spelũca exijt:
⁊ videns lapides miratus est: sed aliud co-
gitans parum de lapidibus cogitauit: veni-
ens igitur timidus ad portam vrbis val-
de miratus est: videns superpositum signũ
crucis: vnde pergens ad alteram partẽ dũ
idem signum inuenit vltra modum miratus
est videns omnes portas signo crucis appo
sito ⁊ mutatam ciuitatem. Signansqz se ad
primam portam redijt se existimans sõniare
Unde se confirmans ⁊ vultum operiẽs vr-
bem ingreditur: ⁊ veniens ad vẽditores pa
num audiuit homines loquẽtes de christo.
Et amplius stupefactus ait. Quid est iquit
q heri nemo audebat xpm nominare: ⁊ nũc
omnes christum confitentur: puto q hec nõ
est epheseorum ciuitas: qr aliter edificata ẽ
sed aliam ciuitatem nescio talem. Et cum in
terrogans audisset hanc esse ephesũ errare

veraciter se putauit ⁊ redire ad socios cogi
tauit. Accessit tñ ad eos qui panem vẽde-
bant: ⁊ cũ argenteos protulisset mirati ven-
ditores panum dicebant adinuicem q ille
iuuenis antiquũ thesaurũ inuenisset. Mal
chus vo eos adinuicem loquentes videns
putabat q vellent eum trahere ad impera
torem: ⁊ territus rogauit eos: vt se dimitte-
rent ⁊ panes ⁊ argenteos retinerent. At ille
tenentes eum dixerunt ei. Unde es tu quia
thesauros antiquorum imperatorum iuenisti-
Indica nobis ⁊ erimus socij tecũ. ⁊ celabi-
mus te: qr aliter celari non potes. Malch9
vero non inueniebat quid diceret illis pre
timore. Illi vero videntes eũ tacentẽ misso
fune in collo eius trahebant per vicos vsqz
in medium ciuitatis. Et exijt rumor ad om-
nes q quidam iuuenis thesauros inuenisset.
Congregatis ergo ad eum vniuersis ⁊ admi
rantibus volebat eis satisfacere q nihil in-
uenerat: ⁊ circũspiciẽs oẽs a nemine cogno-
sci poterat. Et prospiciens in populum vole
bat cognescere aliquẽ de ɔsãguineis suis qs
veraciter viuere putabat: ⁊ nullum inueniẽs
stabat qsi insanus in medio populi ciuitatis
Quod cũ audisset scũs martinus epũs ⁊ anti-
pater pconsul qui nup in vrbem aduenerat
mandauerunt ciuibus vt eum caute addu-
cerent: ⁊ argenteos eius. Cũqz a ministris
traheretur ad ecclesiam putabat q duceret
ad imperatorẽ. Eps igit ⁊ pconsul mirãtes
argenteos interrogauerũt eũ vbi thesaurum in
cognitũ inuenisset. At ille rñdit se nihil peni-
tus inuenisse: sz d sacculo parẽtũ suorum eosdẽ
denarios habuisse. Et interrogatus cuius
ciuitatis eẽt respondit. Bene scio q huius
ciuitatis sum si tñ hec ẽ ciuitas ephesorũ. Pro
consul dixit. Fac venire parentes tuos vt
stẽt p te. Quos cũ nominasset: ⁊ nullus eos
cognosceret dicebant eũ fingere. vt aliq mõ
euaderet. Et ait pconsul. Quomõ credim9
tibi q hoc argentum parentum tuorum fuerit:
cũ scriptura eius hẽat plusqz trecentos sep
tuaginta duos annos ⁊ sit primorum dierũ
decij impatoris: ⁊ in nullo similes sint argẽ
teis nris: Et quomodo parentes tui ante tã
tum tempus fuerunt. Tu vero iuuenis vis
decipere sapientes ⁊ senes ephesi. Idcirco
iubeo te legibus tradi donec cõfitearis quid

inuenisti. Tunc ꝓcidēs malchus añ eos di-
xit. Pro deo dñi dicite mihi qđ vos ītogro
⁊ ego dicā vobis qđ ē in corde meo. Decius
imperator q fuit in hac ciuitate vbi ē? Eps̄
dixit. Fili nō ē hodie in terra q decius nomi
net: īpator āt fuit ante lōgum tp̄s. Malch⁹
aūt dixit. In hoc dñe ita stupeo ⁊ nemo cre-
dit mihi. Sꝫ sequimini me ⁊ ostēdā vobis so-
cios meos q sunt ī mōte celio: ⁊ ipis credite
Hoc. n. scio ꝙ a facie decij īpatoris fugimus
⁊ ego sero vidi ꝙ ingressus ē decius in hāc
vrbē si tñ hec ē ciuitas ephesi. Tūc eps̄ co-
gitans in semetipso dixit ꝓconsuli ꝙ visio est
quā deus vult ostendere in iuuene isto. per
rexerunt ꝗ̄ cū eo ⁊ ciuitatis plurima multi-
tudo. Et ingressus ē p̄mo malchus ad socios
suos: ⁊ post eū eps̄ ingrediēs inuēit īt lapi
des lr̄as sigillatas duob⁹ sigillis argēteis ⁊
ꝯuocato ppl̄o legit eas. Et audiētib⁹ ⁊ vidē
tibus ⁊ admirātibus cūctꝭ scōs dei sedētes
in spelūca ⁊ facies eoꝝ tāq̄ rosas florētes ꝓ
cidētes glorificauerūt deū. Statiqꝫ eps̄ ⁊ ꝓcō
sul miserūt ad theodosiū īpatorē rogātes vt
cito veniret: ⁊ mirabilia dei nuꝑ ostēsa vide
ret. Qui ꝓtin⁹ surgēs de humo: ⁊ de sacco ī
quo lugebat glorificās deū: venit a ꝯstātino-
poli ephesuꝫ: ⁊ obuiātib⁹ ei cūctꝭ ascēderunt
simul oēs ad speluncam: ⁊ mox vt sci vide-
runt īpatorē resplēduerunt facies eoꝝ sic sol
Et ingressus īpator ꝓcidit āte eos glorificās
deū. Et surgēs āplexatus ē eos ⁊ suꝑ singu-
los fleuit dicēs. Sic video vos tāq̄ si vide
reꝫ deū resuscitantē lazaꝝ. Tūc dixit sāctus
maximianus ad euꝫ. Crede nob̄ qr ꝓpter te re
suscitauit nos deus āte dieꝫ magne resurre-
ctionis: vt credas indubitanter ꝙ resurre-
ctio mortuoꝝ est. Uere enim resurreximus:
⁊ viuimus. Et sicut infans est in vtero ma-
tris nō sentiēs lesionem ⁊ viuit: sicut sumus
viuentes iacentes ⁊ dormientes ⁊ nō senti
entes. Et his dictis vidētib⁹ cunctis īclinā
tes capita sua in terrā obdormierūt: ⁊ tradi
derunt spūs suos sꝫ dei īpiuꝫ. Surgēs āt im
pator cecidit suꝑ eos flens ⁊ deosculās eos.
Et cuꝫ iussisset fieri loculos aureos in quib⁹
mitterentur: in ipsa nocte apparuerunt di-
centes imperatori. vt sicut hactenus in ter-
ra iacuerunt ⁊ ex terra surrexerunt ita eos
dimitteret: donec deus eos iterum resusci-
taret. Iussit ergo imperator locum illuꝫ ma-
turatis lapidibus ornari: ⁊ oēs episcopos
resurrectionē ꝯfitentes absolui. Nō. 372. an
nis dormisse dicuntur dubiuꝫ esse potest: qr
ānos dñi. 448. surrexerūt. Deci⁹ aūt regna-
uit vno tm̄ anno ⁊ trib⁹ mēsibus. s. āno dñi.
.252. ⁊ ita non dormierunt nisi. 196. annis

¶ De Nomine.



Azarius dicit quasi naza
reus qđ interpretatur cōse-
cratus vel mūdus: vel se
paratus: vel floridus aut
custodiēs. In hoīe reperi-
unt hec qnqꝫ. s. cogitatio:
affectio: intētio: actio: ⁊ lo
cutio. Cogitatio autē dꝫ esse sancta: affectio
munda: intentio recta: actio iusta: ⁊ locutio
moderata. Hec oīa fuerunt in btō nazario.
habuit. n. cogitationē sanctā: ⁊ ide dr̄ ꝯsecra
tus. Affectionē mundā: ⁊ inde dr̄ mundus.
Intentionē rectā: ⁊ inde dr̄ separatus. Intē
tio enī est que separat opa: qr ex oculo simpli
ci corpus lucidum: ⁊ ex oculo neq̄ corp⁹ te-
nebrosū creat. Actionem iustā: ⁊ idne dr̄ flo-
ridus: qr iustus florebit sicut liliū. Locutio-
nem moderatā: ⁊ ide dr̄ custodiens: qr custo
diuit vias suas vt ñ delinquat ī lingua sua.
Celsus quasi excelsus: qr se supra se extulit
dū etatem puerilem v̄tute aī supauit. Hoꝝ
vitā ⁊ passionē Ambro. in libello geruasij ⁊
ꝓtasij reperisse dr̄. In quibusdā aūt libris
legitur ꝙ qdā pbr̄ nazario deuotus ei⁹ pas
sionem ꝯscripsit: quā ceratius qui scōꝝ cor-
pora sepelierat ad caput illoꝝ posuit.

¶ De sanctis Nazario ⁊ Celso.



Azarius fili⁹ illustrissimi
viri noīe aphricani: sed iu
dei ⁊ beate perpetue xp̄ia
nissime ⁊ romanoꝝ nobilis
sime: ⁊ a btō petro apl̄o ba
ptizate: cū hēret nouē an-
nos plurimū mirabat̃ vi-
dēs patrē suū ⁊ mr̄em in obseruatōe religi
onis tā dissimiliter variari: ⁊ ꝙ mr̄ sua legē
baptismi: pr̄ v̄o suā legē sabbati seq̄ret: vñ
cuiusnā magis adherere deberet plurimuꝫ
dubitabat: cum vterqꝫ ad fidē suam eum at
trahere niteretur. Tādē nutu dei vestigijs
mr̄is adhesit: ⁊ a btō lino papa sacꝝ baptis-

ma suscepit. Qđ p̄r itelligēs cepit ip̄m a scō
ꝓposito auertere: ⁊ tormētoꝝ gñ̄a q̄ xp̄ianis
inferunt̄ p ordinē explicare. Qđ aūt dr̄ eū
eē a lino papa baptizatū forte itelligit̄ nō q
tūc papa erat: ſʒ qui futurus erat. Nazari⁹
eni post baptismū sicut īfra pʒ: ānis multis
sup̄uixit: q tñ sub nerone martyriū ptulit: q
petrū āno vltio sui iperij crucifixit. Lin⁹ āt
post mortē petri papa fuit. Cū aūt patri nul
latenus assētiret: ſʒ potius xp̄m ꝯstātissime
p̄dicaret: ad p̄ces parentū q ne occideret̄ ti
mebāt: de vrbe roma exijt: ⁊ septē somarios
de parentū diuitijs oneratos accipiēs p ci-
uitates italie venit: ⁊ oīa paup̄ibus eroga-
uit. Decio aūt āno digressionis sue a roma
placentiā: ⁊ īde mediolanū adueniēs sāctos
geruasiū ⁊ ꝓthasiū ibidē in carcere detine-
ri repperit. Audito aūt q̄ nazarius p̄dictos
martyres aīaret cito ad p̄fectū ptrahit̄: ⁊ in
ꝯfessione xp̄i p̄durās fustibus verberat̄. Et
sic ex vrbe illa ꝓiectus dū de loco ad locuʒ
pergeret: mr̄ eius q̄ obierat sibi appuit: ⁊ fi-
liū suū cōfortās vt ad gallias ꝓperaret ad
monuit. Cūqʒ ad vrbē gallie q̄ gemellus dr̄
aduenisset: ⁊ ibidē plurimos ꝯuertissʒ: q̄daʒ
matrona filiū suū noīe celsū elegantē pueruʒ
sibi obtulit: rogās vt ipʒ baptizaret ⁊ secum
duceret: qđ p̄fect⁹ galliaꝝ audiēs ipʒ cū pu
ero celso retro māibus vinctū: ⁊ collo cathe-
na ꝯstrictū in carcere reclusit vt eū in castro
tormentis afficeret. Tūc vxor sua misit ad
eū asserēs in iustū esse iudiciū: vt inocentes
occideret: ⁊ deos oīpotētes vindicare p̄su-
meret. Quib⁹ vrbis p̄fect⁹ correct⁹ scōs ab-
soluit: ſʒ ne ibi p̄dicare p̄sumeret admonuit:
⁊ interdixit. Uenit āt ad vrbem treueris: ⁊
ibi xp̄m primus p̄dicās ⁊ multos ad fidē xp̄i
ꝯuertēs ibidē eccl'iaʒ edificauit: Qđ audiēs
cornelius vicarius neroni ip̄atori mādauit
Qui centum milites ad eū capiendū misit.
Quē cū illi iuxta oratoriū qđ sibi ꝯstruxerat
īueīssēt: man⁹ ei⁹ ligauerūt dicētes. magnus
nero te vocat: Quib⁹ nazarius. Incōposit⁹
rex icōpositos milites habet. Quare. n. vēi
entes hōeste nō dixistis: nero te vocat: ⁊ ve
nissē. Uictū igit̄ ipʒ ad neronē ducebāt ⁊ pu
eꝝ celsū plorātē alapis cedētes vt seq̄retur
vrgebāt. Quos cuʒ nero vidisset: iussit eos
ī carcere recludi donec ipos supplicijs exco

gitatꝭ p̄imeret. Interea cū nero quadā vice
ad capiēdas feras vēatores misisset: subito
feraꝝ multitudo erūpēs: viridariū neroni i
trauit: vbi multos lacerauit ⁊ plerosqʒ occi
dit: intātū vt nero turbat⁹ diffugeret: ⁊ vul
nerato pede vix ad palatiū p̄ueniret. Mul
tis āt dieb⁹ illius vulneris dolore decūbēs-
tandē nazarij ⁊ celsi meminit: ⁊ putauit de-
os sibi iratos fuisse: eo q̄ tā diu ipos viuere
p̄misit. Iussu igit̄ ip̄atoris milites nazariū
calcib⁹ tundētes: ⁊ pueꝝ verberātes de car
cere eduxerūt ⁊ corā ip̄atore statuerūt. Ui
dēs āt nero faciē eius īstar solis se fantastice
deludi putauit: ⁊ vt magicas artes depone
ret sibi dixit: ac vt dijs īmolaret p̄cepit: du-
ctus ḡ nazarius ad templum rogauit vt oēs
exirēt ⁊ sic eo orāte oīa idola sūt ꝯfracta. Qđ
audiēs nero iussit euʒ in mare p̄cipitari: p̄ci
piēs vt si forte euaderet ip̄m inseq̄ntes igni
ꝯburerent: ⁊ puluerē eius in mare proijce-
rēt. Nazari⁹ igit̄ ⁊ puer celsus naui īponūt̄
⁊ in mediū pelagi p̄ducti ibi p̄cipitant̄. Sʒ
statiʒ circa nauē tēpestas maxia ꝯcitat̄: ⁊ cir
ca scōs trāq̄litas magna cernit̄. Cūqʒ illi p̄i
clitari timerēt: ⁊ maloꝝ q̄ in scōs ꝯmiserant
peniterēt: ecce nazarius cuʒ puero celso sup̄
aq̄s ambulās hilari vultu eisdē apparuit ac
sup̄ nauē ꝯscēdens ipis iaʒ credētib⁹ orone
sua mare placauit: ac inde cū eis ad locuʒ p̄
passus fere. d. iuxta vrbē ianueñ. p̄uenit vbi
cū diutius p̄dicasset: mediolanū tandeʒ vbi
scōs geruasiū ⁊ ꝓtasiuʒ reliq̄rat venit. Qđ
cuʒ anolin⁹ p̄fectus audiuisset: eū remanēte
celso in domo cuiusdā matrone in exiliū di-
rexit. Nazarius vero romā veniēs ⁊ patreʒ
suum iā senē ⁊ xp̄ianum inueniens quō ꝯuer
sus fuit inquisiuit. Cui dixit apostolum pe-
trum sibi apparuisse: ⁊ vt precedētes se ad
christum ⁊ vxorē ⁊ filium seq̄retur admonu
isse. Deinde a tēploꝝ pōtificibus ad vrbē
mediolanum: vnde romaʒ in exiliuʒ missus
fuerat redire cum iniuria multa cōpellitur:
vbi cum puero celso presidi p̄sentatur: qui
eductus extra portaʒ Romanaʒ in loco qui
dicitur tres muri: cum puero celso decolat⁹
ē: quoꝝ corpora cum christiani rapuissent: ⁊
in hortis suis collocassent: in ipsa nocte san-
cto cuidā nomine ceratio apparentes dixe-
rūt: vt coꝝ corpora in domo sua ꝓpt̄ neronē

profundius sepeliret: q̄bus ille. Queso dn̄i sanate prius filiā meā paliticā: que cū cōtinuo sanata fuisset corpora eoꝝ tulit. ⁊ vt iusserant sepeliuit. Post longū vero tp̄s dominus corpora eorū btō ambrosio reuelauit. Celsum vero in loco suo relinquens nazariū cū sanguine recenti q̄si eadē hora sepultum miro odore fragrātē integrū ⁊ incorruptū cū capillis ⁊ barba reperiēs ipsum ad ecclesiam apostoloꝝ transtulit: ⁊ ibi honorifice sepeliuit. Celsum quoq₃ inde postmodū sustulit: ⁊ in eadē ecclesia collocauit. Passi sunt autē sub nerone: qui cepit circa annū dn̄i. 57. De hoc martyre sic dicit ambro. in prefatiōe. Martyr scūs roseo lustratus cruore nazarius celeste meruit cōscendere regnum. Qui dū per inumera tormentoꝝ supplicia crudelius vexaret̃. tyrannicā rabiē fidei ꝯstantia superabat. Nec potuit persecutoꝝ illatis credere minis: qn̄ pro se certāte ipse auctor victorie xp̄s dominus dimicabat. Ducit̃ interea ad tēplū idolis prelibare ꝓphanis: quoꝝ portēta diuino fultus p̄sidio mox vt ingressus ē redigit in puluerē. Ob hoc liquidas maris in vndas lōgius a terra ꝓiectis angelici muneris famulatu solida inter fluctus vestigia prefigebat. O felix ⁊ inclitus domini preliator qui mundi cōgressus principem innumeram populi multitudinē vite sociauit eterne. O magnum ⁊ ineffabile sacramentum vt de illoꝝ potius salute letetur ecclesia: quos punisse mundus exultat. O beata mater natorum suoꝝ glorificata tormentis. quos nō planctu non gemitu ad inferna deducit: sed ad celestia regna migrantes perpetua laude prosequitur O testis fragrantissime: nitore celesti fulgide. Cuius inestiabilis odor sabeicis p̄pollet aromatibus. Quem ambrosius reperiens. pereuntem patronum dedit: ⁊ medicum fidei propugnatorem. sacri prelij bellatorem: Tu dudum multo latitantem puluere dragmam. Iuuenis accensa verbi virtute superna. Ut pateant christe cūctis tua munera seclis. Angelicos cernant humanaq₃ lumina vultus: hec ambro.

De sancto Felice.


Felix loco liberij in papam eligit̃ ⁊ ordinat̃. Cū. n. liberius papa nollet ariane heresi assentire: missus est ī exiliū a cōstātio filio ꝯstātini ⁊ ꝑ triēniū moratus est Quapropt̃ vniuersus clerus romanus loco eius felicē ordinauerunt ipso liberio volente ⁊ ꝯsentiente. Qui q̄dē felix concilio ꝯuocato corā quadraginta octo episcopis ꝯstantinū imperatorē arrianū hereticū: ⁊ duos p̄sbiteros sibi fauentes ꝯdemnauit. Quapropter ꝯstātinus indignat⁹: felicem de episcopatu suo deiecit: ⁊ liberiū eo pacto reuocauit vt. s. solūmodo constantio ⁊ alijs quos felix dānauerat ꝯmunicaret. Liberius igit̃ tedio affectus exilij in heretica prauitate subscripsit ⁊ sic intantū persecutio excreuit: vt q̄plurimi sacerdotes ⁊ clerici liberio nō ꝓhibente intra eccl'iam sint necati Felix vero de ep̄atu deiectus cū in p̄dio suo habitaret: inde eductus martyrium capitis obtruncatiōe ꝓmeruit circa ānū dn̄i trecētesimum quadragesimum.

¶ De sct̄is Siplicio faustino ⁊ Beatrice


Simplicius ⁊ faustinus fratres: cū sacrificare cōtemnerent sub dioclitiano rome multa supplicia ꝑtulerunt. Tandē data sup eos sentētia decolati sūt: ⁊ i tyberi corpora eoꝝ proiecta Soror āt eoꝝ nōie beatrix eoꝝ corpora d̄ flumine leuauit: ⁊ honorifice sepeliuit. Lucretius āt p̄fectus dū p̄diū ipsius ambiret: eā teneri fecit: ⁊ vt idolis immolaret precepit Quā renuentē lucreti⁹ nocte a seruis suis p̄focari precepit. Cuius corpus Lucina v̄go rapiēs iuxta fratres suos sepeliuit. Post hec lucreti⁹ p̄diū ipsiū intrauit: vbi facto amicis suis ꝯuiuio cū martyribus insultaret: infantulus q̄dā lactēs pānis inuolutus de gremio mr̄is q̄ ibi aderat: cūctis audiētibus exclamauit. Audi lucreti. Occidisti ⁊ inuasisti. Ecce datus ē in possessionē inimici. Statimq₃ lucretius timēs ac tremēs a demone arripit̃: ꝑ tres horas adeo est vexatus vt in ipso cōuiuio moreret̃. Q̄d videntes qui aderant ad fidē ꝯuersi sūt: ⁊ narrabāt omnibus

passionē scē beatricis virginis in ꝯuiuio vi dicatā. Passi sūt autem circa ānū dñi ducē tesimum octuagesimum septimum.

¶ De sancta Martha.



Margarita dicta pelagius virgo pulcherima diues ⁊ nobilis: tanta fuit parētu3 sollicitudine custodita ⁊ optimis moribus instructa: tantaq3 pudicitie honestate vigebat ꝙ ab hominibus videri modis oībus renuebat. Deniq3 a quodā adolescente nobili in ꝯiugium queritur: ⁊ vtriusq3 parentum assēsu cūcta nuptijs necessaria cum immensa diuitiaꝝ ⁊ delitiaꝝ gloria p̄parant. Cū ḡ nuptiaꝝ dies aduenisset: ⁊ iuuenes ⁊ puelle ⁊ cuncta siml' nobilitas ante thalamū ia3 paratū nuptiaꝝ festa cū gaudio celebrarent: virgo deo inspirante ꝯsiderās dānū virginitatis tā damnosis plausibus ꝑparari: ꝓstrata in terra cū lachrymis gloriā virginitatis ⁊ nuptiaꝝ molestias tanta in corde suo ꝯpensatione vibrauit: ꝙ oīa huius vite gaudia q̄si stercora respuebat. Un̄ nocte illa viri ꝯsortio abstinēs media nocte deo se ꝯmēdans tōsis crinibus in virili habitu clam aufugit. Longe āt ad quoddā monasteriū veniens ⁊ frem Pelagiū se appellās ab abate receptus est: ⁊ diligenter instructus: q tā sancte ac religiose se habuit ꝙ defuncto scimonialium ꝓuisore: ⁊ de senioꝝ ꝯsilio ⁊ abbatis imperio l3 inuitus mōasterio v̄ginū ē p̄latus. Dū ḡ eis non solū corporum necessaria: sed ēt aīaꝝ pabula ꝯtinue ⁊ inculpabiliter ministraret: diabolus ei inuidēs studuit qualit ꝓspeꝝ eius cursum obiectū criminis impediret. Nā vnā virginē que pre foribus erat: i adulteriū traxit: ⁊ intumescente vtero cum iam celari non posset tantus pudor ⁊ dolor oēs virgines ⁊ monachos vtriusq3 monasterij ꝯsternauit: ꝙ solus pelagius vtpote eaꝝ familiaris atq3 p̄positus sine iuditio ⁊ examinatōe ab oībus ꝯdemnat: q foras cū ignominia pellit: ac i qda3 rupis specu recludit: sibiq3 monachoꝝ seuerissimus deputat: q sibi panē ordeaceū ⁊ aquā tenuissime mistraret: qbus gestꝭ mōachi recesserūt: ⁊ solum ibi pelagiū reliqrunt. At ille oīa patient sustinēs in nullo turbatus fuit: s3 grās semp deo referens p scōꝝ exempla se cōtinue ꝯfortabat. Tandē cū finē suu3 adesse cognouisset abbati ⁊ monachis p līas sic mādauit. Nobili orta genere margarita in seculo dicta fui: q̄ vt pelagus tētationum transirē. pelagi⁹ mihi ip3 nomē imposui: viru3 nō ꝓ deceptiōe mētita: qd factis ostēdi ꝺ crimie virtutē obtinui: penitentiā egi ínocens. Iam queso vt quā viri femina3 nescierunt sancte sorores sepeliant: ⁊ fit expiatio viuentꝭ ostensio morientis: vt femine v̄gines cognoscāt: quā calumniatores adulterū

iudicabant. His auditis monachis ⁊ scimonialibus ad speluncã currentibꝰ pelagius a feminis femia ꝟgo intacta cognoscit: ⁊ cũctis penitentiam agentibus in monasterio virginum honorifice sepelitur.

¶ De sancta Thaide.



Hais meretrix vt in vitꝭ patꝝ legitur tãte pulchritudinis extitit vt multi ꝓpter eã substantijs venditis suis ad vltimã paupꝑtatem deuenirent. ſ3 amatores sui ꝑ zelo litibus inter se consertis frequenter puelle limina sãguine iuuenũ replebãt. Qđ cũ audiss3 abbas pannuciꝰ sũpto habitu seculari ⁊ vno solido profectus ẽ ad eã in quandã egypti ciuitatem. deditq3 ei solidũ q̃si pro mercede peccandi. Illa accepto precio ait illi. Ingrediamur simul in camerã. Cũq3 ingressus esset. ⁊ lectũ preciosis vestibus stratũ ascendere inuitaret: dixit ad eã. Si est interius cubiculũ in ip3 abeamus. Et cũ dixisset eũ ꝑ plura loca: ille semper dicebat ꝙ videri timebat: illa aũt dixit. Est quoddã cubiculu3 vbi nullus ingredit: si vero deũ times: nõ est locus qui deitati eius abscondat. Qđ cum senex audisset: dixit ei. Et scis esse deũ? Cũq3 illa rñdisset se scire deũ ⁊ regnũ futuri seculi: necnon ⁊ tormenta pctõꝝ. dixit ei. Si ergo nosti: cur tantas aĩas ꝑdidisti? ⁊ nõ solũ ꝓ tua: ſ3 pro illoꝝ redditura rõne3 dãnaberis Illa ꝟo hoc audiẽs ꝓuoluta ad pedes abbatis panutij cu3 lachrimis exorabat dicens Scio eẽ penitentiã pat: ⁊ ꝯfido remissione3 te orante sortiri: tm̃ peto tribꝰ horis indutias: ⁊ post hoc quo iusseris ibo: ⁊ q̃cunq3 ꝑceperis faciã. Cũq3 locũ illi abbas ꝯstituisset: vbi venire deberet: illa collectis oĩbus q̃cũq3 ex peccato lucrata fuerat. ꝑlatisq3 in mediã ciuitatẽ populo expectante igne ꝯbussit clamãs. Uenite oẽs qui peccastis mecu3: ⁊ videte quomõ ea q̃ mihi ꝯtulistis exuram. Erat aũt ꝑciũ auri libraꝝ q̃drigentaꝝ: q̃ cu3 oĩa incẽdisset ad locũ quẽ abbas pannutius ꝯstituerat prexit: quã ille reꝑto ꝟginũ mõasterio ĩ cellulã paruã recludẽs ostiũ cellule plũbo signauit: ⁊ paruã reliqt fenestrã: per quã ei victus modicus inferret. Iussitq3 ei omnibus diebus parũ panis ⁊ paululũ aq̃ a ceteris ministrari: cũ aũt senex discederet. thais ad eũ ait: quo iubes pat vt ex naturali meatu aquã meã effundã? Et ille. In cella sicut digna es: cũq3 iteꝝ quomõ deũ deberet orare inquireret: rñdit. Nõ es digna nominare deũ. neq3 in labijs tuis nomẽ trinitatꝭ adducere. ſ3 nec ad celũ manus expãdere. qm̃ labia tua iniqtate plena sunt. ⁊ manus tue sordibus inqnate. S3 tm̃mõ incũbẽs cõtra orientẽ respice: hunc sermone3 freq̃nter iterans: q plasmasti me: miserere mei. Cu3 ergo tribus ãnis fuisset inclusa. ꝯdoluit abbas pãnutius: ⁊ profectus est ad abbatẽ antoniũ: vt ab eo reqreret si remisisset illi deus peccata sua. Et narrata causa scũs antonius ꝯuocatꝭ discipulis suis ꝑcepit eis, vt illa nocte vigilãtes in orõne ꝑsisterent singulatim quatenus alicui ex his declararet deꝰ cãm ꝓ q̃ abbas pãnutiꝰ venerat. Cũ igit incessãter orassent: abbas paulus maior discipulus ãtonij: vidit subito in celo lectũ ꝑciosis vestibus ornatũ: quem tres ꝟgines clara facie custodiebãt. Tres iste virgĩes fuerũt: timor pene future: qui ipa3 a malo retraxit: pudor culpe cõmisse: q ei veniã ꝓmeruit: amor iustitie: q eã ad supna trãsuexit. Cũq3 paulꝰ illis diceret gr̃a3 illã tantã eẽ antonij vox diuina rñdit: nõ est pr̃is tui antonij: ſ3 thaidis meretricis: qđ cũ mane paulus abbati retulisset: cognita dei volũtate abbas pãnutius cũ gaudio discessit: ⁊ mox ꝓfectus ad mõasteriũ ostiu3 celle dissipauit. Illa vero rogabat vt adhuc maneret inclusa: dicit autẽ ei Egredere qm̃ remisit tibi deꝰ pctã tua: ⁊ illa rñdit. Testor deu3 q: ex quo huc ingressa sũ: ex oĩbus pctĩs meis feci velut sarcinã: et statui an̄ oculos meos. Et sicut non discedit anhelitꝰ de naribus meis: sic nõ discesserũt pctã mea ab ocul' meis: ſ3 flebã semꝑ illa ꝯsiderans. cui abbas pãnutius dixit. Non ꝓꝑ pniam tuã remisit tibi deus pctã tua: sed q: hũc timorẽ sꝑ habuisti in aĩo. Et cũ inde illã euexisset: qndecim dies supuixit: ⁊ pausauit in pace. ¶ Abbas quoq3 effrẽ aliã meretricẽ simili fere mõ ꝯuertere voluit: nã cu3 illa meretrix scm̃ effrẽ ad peccandũ alliceret ipudenter dixit ei effrẽ. Seq̃re me: q̃ seq̃nte cũ ad quẽda3 locũ vbi erat magna multitu-

do hoiuz venissz: dixit ei. Sede hic: ⁊ ꝯmi-
sceat tecũ. Et illa. Quomõ possum hoc face
re, tãta multitudine hic stante: ⁊ ille. Si ho-
mines erubescis: nonne magis tuum debes
erubescere creatorẽ: q reuelat occculta tene
braꝝ: illa autem confusa recessit.

℄ De Nomine sancti Dionysij.



Jonysius interpretaꝛ ve
hemẽter fugiens. vel di-
ciꝛ dionysius a dia: qđ est
duo: ⁊ nysus qđ est eleua-
tio: quasi ꝯm duo eleuat⁹
scʒ ꝯm corpus: ⁊ ꝯm aiam.
Uel dꝛ a diana: qđ est ve
nus scʒ dea pulchritudinis: ⁊ sios: qđ ẽ de-
us: quasi pulcher deo: vel vt qdã aiunt. di-
citur a dionysia: q̃ vt dicit Isidorus est que
dam gemma nigra valens ꝯtra ebrietatem:
Fuit ergo vehementer fugiens deus mũdo
ꝓpter perfectaʒ abrenunciationem. Eleua
tus per internoꝝ ꝯtẽplationem. pulcher đo
per decorem virtutum. valens peccatorib⁹
ꝯtra ebrietatem vitiorum. Hic añ ꝯuersio-
rem multa prenoĩa habuit. Uocatus est enĩ
ariopagita. a vico in quo habitabat. Itẽ di-
ctus est theosophus. i. deum sapiens. Item
a grecoꝝ sapientibus vsqʒ hodie diciꝛ ꝑrigi
ontuarami: qđ latine dicitur ala celi: q: in ce
lum ala spiritualis intelligentie mirabiliter
volauit. Itẽ dictus est macharius. i. beatus
Item a patria dictus ionicus: ionica autem
vt ait papias: vna est lex in linguis grecoꝝ
vel ionice sunt genera rotundarum colũna-
rũ: vel ionicũ vt idẽ dicit ẽ pes q habet du-
as correptas ⁊ duas lõgas. ꝑ qđ oñdiꝛ ꝙ ip
se fuit sapiens deũ per oculoꝝ inuestigatio-
nẽ. ala celi per celestiũ ꝯtemplationẽ. beat⁹
ꝑ eternoꝝ possessionẽ. Per alia ostendiꝛ ꝙ
ipse fuit mirabilis rhetor per eloquentiam:
ecclesie sustentator ꝑ doctrinam: breuis sibi
per humilitatem: longus alijs ꝑ charitatez.
Augustinus ãt in libro octauo de ciuitate dei
diꝛ: ꝙ ionicũ ẽ gen⁹ philosophoꝝ. Distiguit
eniʒ ibidem duo genera philosophoꝝ. s. ita-
licum qđ est ex parte italie: ⁊ ionicuʒ qđ est
ex parte grecie: q: ergo dionysius summus
erat philosophus: iđ antonomatice dicebaꝛ
ionicus. Eius passionẽ ⁊ vitã grece dictauit
methodius ꝯstantinopolitanus: latine vє-
ro anastasius apostolice sedis bibliothecari
us. vt dicit Ignatius remorum episcopus.

℄ De sancto Dionysio.

d

Jonysius ariopagita a Bea-
to paulo apl'o ad fidẽ xp̃i ꝯuer
sus fuit: qui ariopagita a vico
ciuitatꝭ in quo hitabat' dictus
fuisse dꝛ. Ariopagus. n. erat ui
cus martꝭ: i quo. s. erat templũ
eius. Athenienses. n. singulos vicos deno
minabãt a dijs quos colebãt: ⁊ vicũ in quo
colebaꝛ mars vocabãt ariopagũ: q: ario di-
ciꝛ mars: vicũ in quo colebãt pan: vocabãt
pãopagũ: ⁊ ita a singulis dijs singulos vicos
denoiabãt. Ariopag⁹. n. vicus erat excellẽ-
tior: q: ibi erat curia nobiliũ ⁊ schole libera
liũ artiũ. In hoc ꝗ vico morabaꝛ dionysius
maximus philosoph⁹: q ob plenitudinẽ diui
noꝝ numinũ ⁊ sapiẽtie theosoph⁹. i. deuʒ sa
piens dicebaꝛ. Erat ⁊ secũ apollophan⁹ ei⁹
ꝯphilosophus. Ibi ẽt erant epicurei: q pone-
bãt felicitatẽ hoĩs in sola corporis volupta-
te ⁊ stoici: q i sola animi ṽtute. In die igitur
dñice passiõis cũ tenebre fcẽ fuissẽt sup vni-
uersã terrã: philosophi q erãt athenis nõ po
tuerũt huius causaʒ in causis naturalibus i
uenire. Nõ fuit. n. naturaꝛ eclipsis solis: tũʒ
q: Luna fere erat e regiõe ad solẽ. Eclipsis
ṽo fieri solet tm̃ in synodo solis ⁊ lune: Luna
ãt tũc erat qntadecia: ⁊ ita in perfecta distã-
tia a sole: tũ q: eclipsis non aufert lumẽ vni-
uersis ꝑtibus terre: tũ q: ꝑ tres horas dura
re nõ põt. Qđ aũt illa eclipsis in vniuersis
ꝑtibus terre lumẽ abstulerit: pʒ ex eo ꝙ Lu-
cas euãgelista hoc dicit. ⁊ ex eo ꝙ vniuersi
tatis dñs patebaꝛ: ⁊ ex eo ꝙ fuit apud elyo-
poli egypti ⁊ ex eo ꝙ fuit rome. Qđ ãt fuerit
rome testaꝛ Orosius dicẽs. Cũ dñs patibu
lo affixus ẽ: maxio tremotu ꝑ orbẽ scõ saxa in
mõtib⁹ scissa mariarũqʒ vrbiũ plurime ꝑtes
plus solita ꝯcussione ceciderũt. Eodẽqʒ die
ab hora diei sexta sol i totuʒ obscurat⁹ ẽ: tetra
nox subito obducta fris ẽ: adeo vt stellas tũc
diurnis horis vꝉ potius horrẽda nocte toto
celo visas fuisse referaꝛ. hec Orosi⁹. Fuit ẽt
apud egyptũ: ⁊ huius meminit Dio. in ep'la
ad apolophanũ dicens. Obfusi nãqʒ orbes
vniformiter tenebraꝝ caligine tabescẽte vt
purgatũ redijt solis diametꝝ regulã philoso

phi arrideri assumpsimus. Cuꝫ reperimus
qđ ⁊ erat notissimū solē pati molestias n̄ de-
bere: aio ad te peritie vaste sacrariū adhuc
nescius tāte rei mysteriū. Quid inquaꝫ spe-
culū doctrine apollophani his secretis ascri
bis? Ad que tu mihi ore diuo ⁊ nō hūani sen
sus sermone. O bone dionysi diuaꝝ ꝑmuta-
tiones sunt reꝝ. Deniqꝫ notatū ferie dieꝫ ⁊
annū annunciationis: quā paulus noster au
ribus suspensis intonuit: signis acclamanti-
bus recordari: expertus dedi vitati man⁹ ⁊ fal
sitatis suꝫ nexibus absolutus: hec dionysius.
Huius ēt meminit idē in epl'a ad policarpū
loq̄ns de se ⁊ apollophāo dicēs. Ambo apđ
eliopoli tūc p̄ntes ⁊ ꝯstantes īꝑpinabilit soli
lunā incedentē videbam⁹. Nō erat ꝯueniēs
tp̄s: ⁊ rursuꝫ ipsam a nona hora vsqꝫ ad ve-
sperā ad solis diametrū sup naturalit restitu
tā. Eclipsiꝫ āt illā vidimus in oriēte ichoa-
tā: ⁊ vsqꝫ ad solarē terminū venientē. Po-
stea regredientē. ⁊ rursus nō ex eadē ⁊ defe
ctū ⁊ repugnationē sꝫ econuerso ꝑm diame-
trū factū: Tūc. n. dionysius cum apollopha
no voto astrologice discipline: apđ eliopoliꝫ
egypti preerat: ⁊ postea inde reuersus est.
Qđ āt fuerit in asia testat Eusebius in chro
nica asserēs se in dictis ethnicoꝝ legisse: qđ
tūc in bithynia q̄ ꝓuincia est asie minoris, fu
it tremotus magnus: ⁊ maior solis obscura-
tio q̄ vnq̄ꝫ fuerit. Et ꝙ dies hora sexta: Ita
in tenebrosaꝫ noctē vsus sit: vt stelle in celo
vise sint: ⁊ ꝙ in niceria q̄ vrbs ē bitynie mul
tas edes terremotus subuerterit. Tandem
in historia scholastica legit ꝙ philosophi ad
hoc adducti sūt. vt dicerēt ꝙ de⁹ nature pa
titur. Alibi tn̄ legit ꝙ dixerūt: aut ordo natu
re ꝑuertitur: aut elemēta mentiunt. aut de-
us nature patitur: ⁊ elementa sibi ꝯpatiunt
Alibi vero dicitur ꝙ dionysius dixit. Hec
nox quā nouā miramur totius mūdi verā lu
ceꝫ aduenturā significat. Tūc athenięses il
li deo arā ꝯstruxerūt. ⁊ suppositus ē titulus
Ignoto deo. Singulis. n. aris supponebat
titulus indicās cui essent dedicate: ⁊ cū vel
lent illi offerrre holocausta ⁊ victimas dixe
runt philosophi. Bonoꝝ nostroꝝ nō eget: sꝫ
facietis genuflectationes an̄ arā eius ⁊ sup
plicabitis ei: q: nō querit oblationes pecoꝝ
sed deuotionem aioꝝ. Cū g͛ paulus venissꝫ
athenas epicuri ⁊ stoici philosophi cū eo di-
sputabāt: q̄dā autē dicebant. Quid semina
tor verboꝝ hic vult dicere? Alij dicebant.
Nouoꝝ demonioꝝ videtur annunciator es
se. Adducentes ergo eum ad vicum philo-
sophorum vt noua doctrina ibidem examē
reciperet dixerunt. Noua quedam infers
auribus nostris. Uolumus ergo scire quid
nam velit hoc esse. Athenienses autem ad
nihil aliud vacabant nisi aut dicere. aut au
dire aliquid noui. Cum ergo paulus ad sin
gula deorum altaria perlustasset: ⁊ inter ce-
tera ignoti dei altare vidisset. dixit illis phi
losophis. Quem ignorātes colitis. hūc ego
annuncio vobis verum deum qui fecit ce-
lum ⁊ terrā. Deinde dixit dionysio: quē ce
teris magis doctū i diuinis videbat. Quis
est dionysi ille deus ignotus? Cui Dionysi
us ipse est deus verus qui inter deos non
est demonstratus. sed nobis est incognitus
⁊ nobis ignotus ⁊ seculo venturo futurus:
⁊ in perpetuum regnaturus. ⁊ Paulus ho
mo an tantuꝫ spiritus est? ⁊ Dionysius. de
us ⁊ homo ē: sꝫ ideo incognitus est: q: eius
tm̄ in celis ꝯuersatio est. cui paulus. Ille est
inquā quē ꝑdico qui de celis descēdit: car
neꝫ suscepit mortē sustinuit: ⁊ die tertia re-
surrexit. Cuꝫ autē dionysius adhuc cū pau
lo disputaret fortuito transit cecus per viaꝫ
corā eis. Statimqꝫ dixit dionysius paulo.
Si dixeris huic ceco. In noīe dei tui vide
⁊ viderit statim credā. Si vitatis verbis
magicis: q: forte nosti verba que habēt hu
iusmodi efficatiā: ego formā verboꝝ tibi ꝑ-
scribam. in hac igit forma verboꝝ dices ei
In nomie Jesu xp̄i nati de virgine crucifixi
mortui qui resurrexit ⁊ ad celū ascendit vi
de: sed vt omnis suspicio tollat paulus di
xit Dionysio vt hec ipse verba proferret.
Cum ergo in eadē forma dionysius ceco vt
videret dixisset primus visum recepit. Sta
timqꝫ Dionysius cum damari vxore sua ⁊
tota familia baptizatus est ⁊ fidelis effectus
sicqꝫ a Paulo per triennium est instructus
ac athenis Episcopus ordinatus. vbi ille
predicatōi insistens ipsam ciuitatem ⁊ ma-
ximam partem regionis illis ad fidem chri
sti adduxit. Huc Paulus ea que in tertiuꝫ
celū raptus vidit reuelasse dicit: sicut ⁊ ipse

Dionysius in plerisq3 locis insinuare vide
tur. Un̄ ⁊ de hierarchijs ⁊ ipsoꝝ angeloꝝ or
dinibus ⁊ officijs tā luculenter ⁊ clare disse
ruit vt non putares ipsum hoc ab alio didi-
cisse: sed ip̄m potius vsq3 in tertium celū ra
ptuz esse: ⁊ ibi hec oīa ꝯspexisse. ꝓphetie sp̄ū
claruit sicut p3 in epistola quam misit ad io
annē euangelistam in pathmos insulā in ex
ilio relegatū vbi ꝓphetauit ꝙ reditur⁹ eēt
sic dicens. Gaude vere dilecte: vere ama
bilis ⁊ diligibilis valde dilecte: ⁊ infra. Ex
custodia que ē in pathmos dimitteris: ⁊ ad
terram asie reuerteris ⁊ facies ibi boni dei
imitationes: ⁊ his qui erunt post te trades.
Dormitioni b̄tē marie interfuit: sicut ipse in
libro de diuinis noībus insinuare videtur.
Cum ğ audisset petrum ⁊ paulū Rome a ne
rone in carceribus detineri ep̄z sibi s̄bstituit
⁊ ad eos visitandos accessit. Ueꝝ cū illi ad
dn̄z feliciter migrassent: ⁊ postmodū clemēs
p̄sideret ab ipso btō clemente post aliqđ spa
tium tēporis in franciaz destinat̄: ⁊ sibi rusti
cus ⁊ eleuterius sociant̄. Missus igr̄ parisi
os venit: ⁊ multos ibidem ad fidem ꝯuertit
⁊ ecclesias plimas fabricauit: ⁊ clericos di
uersi ordinis collocauit. Tanta āt in eo grā
celestis emicuit ꝙ cū sepius pōtifices idolo
loꝝ ꝯ eum seditionē ppl̄i ꝯcitarēt ⁊ ppl̄s ad
euz ꝑdendum sepe cū armis occureret: mox
illo viso aut omni feritate deposita se eius
pedibus ꝓuoluebant aut nimio timore solu
ti ab eius p̄sentia fugiebāt: S3 eū diabolus
vidēs ⁊ ꝯuidēs ꝙ q̊tidie sui cultura decre-
sceret: ⁊ multiplicatis fidelibus ecclesia tri
umpharet. Domitianuz imperatorē in tātā
ꝯmouit seuitiā vt p̄ceptū daret ꝙ quicunq3
xp̄ianū aliquē reperiret aut ipsum sacrificar̄
cogeret: aut diuersis supplicijs cruciaret.
Prefectus igitur fescēninus contra xp̄ianos
parisios a roma directus btm̄ dionysiū ppl̄o
p̄dicantem inuenit: statiq3 captum: colaphi-
zatum, ꝯsputū: derisuz: ⁊ loris durissimis al
ligatum cum scis rustico ⁊ eleuterio sibi p̄sen
tari p̄cepit. Cū ğ sci coram illo in ꝯfessiōe di
constantes astarent: ecce quedam matrona
nobilis aduenit ⁊ viꝝ suum lubricum turpi
ter ab his magis deceptum asseruit: ꝑ eius
itaq3 viro citius mittitur: ⁊ in domini ꝯfessi
one perseuerans iniuste necat̄. Sci vero a
duodeci militibus flagellant̄, deide magno
pondere cathenaꝝ ꝯstructi carceri mācipā
tur. ¶ Sequenti die Dionysius sup crates
ferream suppositis flammis nudus extēdit̄
vbi dn̄o decantabat dicens. Ignitum eloqū
tuum vehementer: ⁊ seruus tuus dilexit il-
lud. Inde āt erigitur: ⁊ ad bestias ferocissi-
mas multo ieiunio excitatas ꝓijcit̄ sed cū in
eū impetuose currerent signum crucis oppo
suit: ⁊ mansuetissimas eas fecit. Deinde in
clibanum iactat̄: sed extincto igne nil ledit̄:
cruci affigit̄: ⁊ diutius ibidē torquet̄. Inde
depositus cū suis socijs ⁊ multis alijs fideli
bus carceri mancipat̄ vbi dum missam cele
braret: ⁊ ppl̄m cōmunicaret: dn̄s iesus eidē
cū immenso lumine apparuit ⁊ panez accipi
ens ei dixit. Accipe hoc care meus: q2 mecū
maxima est merces tua. Post hoc iudici p̄n̄-
tati iterū nouis supplicijs macerat̄: ⁊ iuxta
idolū mercurij cū securibus triū capita in cō
fessione trinitatis p̄cidunt̄. Statiq3 corpus
sci Dionysij se erexit: ⁊ caput suuz inter bra
chia angelo duce ⁊ celesti lumine p̄cedente
per duo miliaria deportauit a loco q dr̄ mōs
martyrum vsq3 ad locum vbi nunc sua ele-
ctione ⁊ dei ꝓuidentia requiescit. Tāta aūt
ibidem angelorum melodia insonuit: vt int̄
multos qui audierunt ⁊ crediderunt etiam
Larcia vxor p̄fecti lisbij xp̄ianam se esse cla
mauit: ⁊ mox ab impijs decollata ⁊ in suo sā
guine baptizata occubuit. Filius āt eius no-
mine Rubius rome sub tribus imperatori-
bus militauit. Deinde parisios rediens ba
ptizat̄ ⁊ religiosoꝝ numero sociatur. Duz āt
infideles metuerent: ne sanctoꝝ rustici ⁊ ele
uterij corpora xp̄iani sepelirent: iusserūt vt i
secana mergerentur. Matrona aūt quedaz
nobilis vectores ad prandium inuitauit: ⁊ il
lis epulantibus scōꝝ corpora furtiue subri-
puit. ⁊ in agro suo occulte sepeliri fecit q̄ po
stea ꝑsecutione cessāte inde sustulit: ⁊ corpo
ri bti Dionysij honorifice sociauit. Passi st̄
āt anno dn̄i. 96. etatis vō bti Dionysij. 90.
anno, dn̄i. 805. ¶ Tp̄e Lodouici legati Mi
chaelis impatoris ꝯstantinopolitani inter
cetera munera detullerūt Lodouico filio ca
roli magni libros Dionysij de celesti hierar
chia de greco in latinum translatos: qui cuz
gaudio sūt recepti: ⁊. 19. infirmi in ip̄a nocte

in ecclesia eius curati. ¶ Cū apud arelatē
scūs regulus eps missaꝝ solēnia celebraret
aplōꝝ noībus in canone recitatis adiunxit:
⁊ btis martyribus tuis Dionisio Rustico ⁊
Eleuterio. quo dicto cū adhuc dei famulos
viuere crederet plīmū mirari cepit: cur coꝝ
noīa sic nesciēs in canone ꝓtulisset. Et ecce
eidem miranti tres columbe apparuerunt:
sup crucē altaris residentes: que scōꝝ marty
rum noīa habebant suis pectoribus sanguie
insignita: quas diligēter intuens scōs mar
tyres migrasse a corpore intellexit. ¶ Cir-
ca annū dñi. 644. Dagobertus rex francho-
rum vt in qdā habet chronica: qui longe añ
pipinum regnauerat a sui pueritia scm̄ dio-
nisium in magna veneratiōe hr̄e cepit. Nā
⁊ quando dotarij patris sui iram metuebat
ad ecclīam sci dionysij ꝯtinuo fugiebat. Cū
ḡ sanctus iam rex mortuus fuisset cuidā scō
viro in uisione monstratum est. ꝙ aīa ei⁹ ad
iudicium rapta fuit: ⁊ multi sci suaꝝ ecclesia
rum expoliationem obijciebant eidem. Cū
ḡ mali angeli iā ad penas rapere eam vel-
lent: affuit beatus dionysius: ⁊ eius interuē
tu liberatus est ⁊ penam euasit. forte enim
eius anima ad corpus rediit: ⁊ ibi peniten-
tiam egit. ¶ Clodoricus rex corpus sci dio-
nysij minus religiose discooperiens os bra-
chij eius fregit: ⁊ cupide rapuit qui mox in
amentiā versus est. Et nota ꝙ ignarus eps
remensis dicit in eplā quā misit ad carolū ꝙ
iste dionysius missus in galliā fuit dionysi
us ariopagita: vt sup̄ dcm̄ est Idem testatur
ioannes scotus in eplā ad carolū. Nec for
te rō ex ꝯputo temporis ꝯdicit: sicut aliqui
obijcere voluerunt.

¶ De sancto Calixto papa.



Calixt⁹ papa āno dñi. xxx.
sub Alexandro iperatore
martyriū passus ē. Cuius
tpibus pars eminētior vr
bis rome diuino ē incen-
dio concremata: ⁊ sinistra
manus iouis aurea lique
facta. Tūc oēs sacerdotes idoloꝝ ad Alexā
drū imperatorē venerūt petētes vt dij ira
ti sacrificijs placarentur. Dū ḡ offerrent su
bito celo sereno mane die iouis diuino ful-
mine qttuor sacerdotes idoloꝝ mortui sunt
⁊ ara iouis concremata est: ⁊ sol obscuratus
est: ita vt populus romanus fugeret extra
muros. Audiens autem Palmatius con-
sul ꝙ Calixtus Papa cum suis clericis
trans tiberim latitaret: rogauit vt xp̄iani ꝑ
quos hoc malū ꝯtigerat ad purgationē ciui
tatis penitus delerent. Palmatius itaqȝ po
testate accepta cū illuc cū militib⁹ ꝓperas-
set: sed illi ꝯtinus excecati fuissent: territus
alexandro hoc ꝯtinus ꝓnunciauit. Tūc im
perator iussit vt die mercurij oīs ppl's cōue-
niret: ⁊ mercurio imolaret: vt ab eo sup his
rn̄sa acciperet. Qd̄ cū fieret virgo quedam
templi noīe Iuliana arrepta a demone ex-
clamauit. Deus calixti est verus ⁊ viuus
deus: qui nr̄is est pollutionibus indignat⁹
qd̄ audiens palmatius trās tiberim ad vr-
bem rauennatiū ad sanctū calixtū accessit:
⁊ cum vxore sua ⁊ familia se baptizari fecit.
Qd̄ audiens iperator eū accersitum Sim
plicio senatori tradidit: vt verbis blandis
eū moneret: ex eo ꝙ reipublice plurimū ne
cessarius esset. palmatio v̄o ieiunijs ⁊ orōni
bus ꝑseuerāte: venit ad eū quidā miles ꝓ-
mittens ꝙ si vxorē suā paraliticā sanaret:
ꝯtinuo crederet. Cū ḡ palmatius oraret: il
la sanata ad palmatiū cucurrit dicēs. Ba-
ptiza me in noīe xp̄i qui tenuit manū meā
⁊ alleuiauit me. Tunc calixtus veniens ip
sam cū viro suo ⁊ Simplicio ⁊ mltis alijs
baptizauit. Qd̄ audiens iperator iussit oēs
baptizatos decollari. Calixtū v̄o qnqȝ dieb⁹
sine cibo ⁊ potu manere fecit. Ille autē vi
dēs eū āpli⁹ ꝯfortari: iussit eū singlīs dieb⁹
fustigari. deinde ꝑ fenestrā p̄cipitatū alliga-
tūqȝ saxo in puteū p̄cipitari. Asteri⁹ autē
p̄sbr̄ corpus eius de puteo eleuauit: ⁊ ip̄m in
cimiterio calophodij sepeliuit.

¶ De Noie.



Leonard⁹ odor populi a le-
os qd̄ est ppl's: ⁊ nard⁹ qd̄
est herba redolens: quia odo
re bōe fame pplm̄ ad se tra
hebat: vel leonardus dicit
quasi legens ardua: vel le
onardus a leone: leo. n. q̄
tuor h̄z in se. Primo h̄z fortitudinem: vt di
cit Isidorus in pectore ⁊ i capite. Sic btūs
Leonardus hūit fortitudinem in pectore ꝑ

malaꝝ refrenationem cogita tõuz. ⁊ in capite p insatigabilē supnoꝝ ꝯtēplationē. Scḋo hȝ sagacitatē: ⁊ hoc in duobus. s. i aptōe oculoꝝ cū dormit: ⁊ i deletōe vestigioꝝ cū fugit sic leōardus vigilauit p laborē actiōis: ⁊ vigilando dormiuit p quietē ꝯtēplationis: ⁊ in se deleuit vestigia mūdane totius affectōis. Tertio habet vtuositatē in voce: qꝛ ei⁹ vox tertia die suscitat leōculū natū mortuū: ⁊ omnem bestiā fac sistere gradū sic leonard⁹ multos mortuos in pctis resuscitauit: ⁊ multos mortuos bestialr viuentes in operibus bōis firit. Quarto hȝ timorē in corde: qꝛ ƀȝ Jsidorum duo timet. s. strepituȝ rotaꝝ ⁊ ignē accensum. Sic leonardus timuit ⁊ timēdo vitauit strepitū mūdane solicitudinis: ⁊ ideo i desertū fugit: ⁊ ignē terrene cupiditatis: ⁊ iō oēs thesauros sibi oblatos ꝯtempsit.

¶ De sancto leonardo.



Leonard⁹ dr̄ fuisse circa annum dn̄i. 500. Hic a scō remigio remensiū archiepō d sacro fōte leuatus ⁊ ab ipso salutaribus disciplinis instructus ē. Cuius parētes primi in palatio regis francie hēbāt. Hic tantā grām a rege obtinuit: q oēs incarcerati quos ipse visitabat ꝓtin⁹ absoluebant. Cum igr̄ fama scitatis eius excresceret rex multo tpe eū secū manere coegit: donec oppoᷓtun o tpe ei epatū donaret. Qō ille rēnuit: ⁊ solitudinē desiderans: relictis oib⁹ aurelianū p dicando cū frē suo lipardo deuenit. Ubi postq̄ i quodā cenobio aliq̄diu vixerunt dn̄s lipardus sup ripam ligeris solitarius manere vellet: ⁊ leonardus p sci spūs admoniti onem in egtaniā dispōeret pdicare: osculantes se ab inuicē discesserunt. Leonardus igr̄ vbiqꝫ pdicans mlta miracula exercens: in q̄dā silua ciuitati lomōice vicino hītauit: vbi erat aula regia cā venationis ꝯstructa. Accidit aūt vt q̄dam die rex ibi venaret: ⁊ regina illuc cā delectationis egressa partu piclitaret. Cū g rex ⁊ familia pp regie piclitatiōnē lugerent: ⁊ leonard⁹ per nemus trāsiret: ⁊ gementiū voces audiret: pietate ꝯmotus illuc ꝓperauit: ⁊ a rege vocatus ꝓtinus introiuit. Cum g a rege int rogatus qs eēt ⁊ se sci remigij discipulū suis se narraret: rex spē bonā ꝯcipiens: ⁊ a bono magr̄o ipm bn̄ instructū existimās ipȝ ad reginam induxit: rogās vt suis pcib⁹ de recuperata ꝯiuge: ⁊ edita ꝓle duplex gaudiū obtineret. Tūc ille orōne fusa qḋ petebat ꝓtin⁹ ipetrauit. Cū āt rex mlta in auro ⁊ argento sibi offerret: ille ꝓtius recusauit: admonēs vt hȝ pauperibus daret dicēs. Ego nullis hoꝝ indigeo: sȝ tm̄ in aliq̄ siluaꝝ ꝯtēpt̄ huius mūdi diuitijs soli xp̄o famulari desidero. Cū āt rex totū illud nemus sibi tradere vellet: ille ait. Nō totū illud accipio: sȝ q̄tū nocte cum meo asello circuire potero: tm̄ mihi ꝯcedi exopto: qḋ rex libētissime adipleuit. Cōstructo itaqꝫ ibidē mōasterio ibi diu cū adiunct̄ sibi duobus mōachis in abstinentia multa degebat. Cū āt aq̄ vno ab eis miliario distaret puteū ibidē siccū penitus fodi iussit: quē aq̄ orōnibus suis ipleuit. Locū āt illū nobiliacū appellauit: eo q a rege nobili tradit⁹ sibi fuissȝ Jbi tant̄ miraculis corruscauit: q qcūqꝫ ei⁹ nomē in carcere inuocassȝ: mox ruptis vinculᷓ nullo ꝯdicēte liber abiret: ⁊ suas eidē cathenas: vl ꝯpedes pn̄taret. Hoꝝ pl'es secū manebāt: ⁊ ibidē dn̄o suiebāt. Septē quoqꝫ famule de eius nobili stirpe vendit̄ oibus ad eū venerūt: ⁊ distributo singulis nemore ibi cū ipso manentes exēplo suo pl'imos attraxerūt. Deniqꝫ scūs vir leonardus mult̄ clar⁹ vtutibus. s° . idus noueb̄ris ad dn̄ȝ feliciᷓ migrauit: vbi postq̄ mlta fecissȝ miracla clericis illius ecclie est reuelatum: vt quia locus ille propter multitudinis frequentiam arctus erat alibi ecclīā fabricarēt: ⁊ illuc corpus sci Leonardi honorifice trāsportarent. At illi cū pplo triduano ieiunio ⁊ orōni isistētes respicientes viderunt totā ꝓuīciā niue coopt̄ā. Locū āt illū in q̄ scūs Leonardus qescere volebat oīno vacuuȝ conspexerūt. Jbi itaqꝫ translatus q̄ta miracula pcipue circa incarceratos dn̄s p eū faciat imensa ferri varietas ante eius tumulū depēdens testis existit. ¶ Uicecomes leonicensis ad terrorem maloꝝ quandā grauissimā cathenā fecerat: quā in cippo sue turris affigi mandauerat: q̄ cathena qcūqꝫ collo cingebatur cuilibȝ aeris intēperiei expositus nō vna: sȝ q̄si mille mortibus angebat. Accidit āt vt qdā suus sci leonardi illa cathena sine culpa ligaret: q cus

fere vltimū spm̄ efflaret: itra se q̄ potuit vo
to scm̄ leōardū rogauit: vt q alios liberaret
sibi q̄qꝫ suo suo subueniret. Statiqꝫ scūs leo-
nardus in veste cādida sibi apparens dixit.
Noli timere: q2 nō morieris: surge ⁊ hāc ca-
thenā tecū ad ecclīā meā deferas seq̄re me:
q2 ego p̄cedā te. Qui cū surgēs ⁊ cathenā ac
cipiēs: scm̄ leonardū p̄cedētē vsqꝫ ad eccle
siaꝫ secutus ē. Statiqꝫ vt an̄ fores fuit btūs
leonardus ip̄ꝫ dimisit: ⁊ ecclesiā itrās q̄ scūs
leonardus sibi fecerat oibus enarrauit: ⁊ ca
thenā illā tā maximā an̄ tumulū ei⁹ suspēdit
¶ Uir quidam in loco sancti leonardi nobi
liaco habitans ⁊ eidem scō valde fidelis
ex̄is a q̄dā tyranno captus est qui tyrānus
intra se cogitās dicebat Leonardus iste oēs
ꝯpeditos absoluit: ⁊ ols vis ferri an̄ eū ve-
lut cera an̄ ignē liq̄scit. Si hūc igr̄ viculis li
gauero ꝓtinus leonard⁹ aderit ⁊ ip̄ꝫ libera
bit. Si āt ip̄ꝫ custodir̄ possē mile solidis ip̄ꝫ
redimere facerē. Scio igr̄ qd faciā. In turri
mea ꝓfūdā foueā faciā: ⁊ hoieꝫ hūc ꝯpedib⁹
aggrauatū ibidē submergā: de sup os fouee
igneā archā ꝯstruā: i q̄ armatos milites accu
bare faciā. Licet.n. Leonard⁹ ferrū ꝯfriget
tn̄ nōdū sub terrā intrauit. Qui cū totū ꝙ co
gitauerat impleuisset: ⁊ ille hō sanctū Leo-
nardū sepius inclamaret. Leonardus no-
cte veniēs archā in qua iacebāt milites re
uoluit ⁊ tanq̄ȝ mortuos in sepulchro: ita eos
sub ipsa ꝯclusit. deinde cū multa luce foueā
ingressus manuꝫ fidelis sui tenuit: ac dixit.
Dormis an vigilas? ecce leonardus quem
tu desideras. at ille admirās ait. Dn̄e adiu
ua me. Cōfestim ꝯfractis cathenis appre-
hensum ꝓprijs vlnis extra turrim portauit
Deinde secū sicut amicus cū amico ꝯfabu-
lās vsqꝫ ad locū suū: ⁊ domū ip̄m deduxit.
¶ Peregrinus quidā cuꝫ a visitatione san
cti Leonardi redisset: ⁊ in auernia captus ī
cauea inclusus eēt: eos plurimū deprecaba
tur: vt amore scī Leonardi: cū nihil vnq̄ȝ
eos offendisset: eum relaxare deberent. qui
r̄nderūt: ꝙ nisi se copiose redimeret: nō exi
ret. ⁊ ille. Similr̄ vos ⁊ sanctū Leonardū
cui me sciatis ꝯmēdatū. Sequēti igr̄ nocte
scūs leonard⁹ dn̄o illius castri appruit: ⁊ vt
ꝑegrinū suuꝫ dimitteret imꝑauit. Ille vero
mane euigilās visionē ⁊ quasi somniū par-
uipendēs nullatenus dimittere voluit. Al
tera nocte eadē iꝑerās sibi apparuit: sed il-
le iterū obedire cōtempsit. Tertia v̄o nocte
sanctus Leonardus peregrinū accipiēs ex
tra oppidū deduxit: statimqꝫ turris cū me
dia parte castri corruens oppressis plurib⁹
solū principē ad sui ꝯfusionē fractis crurib⁹
reseruauit. ¶ Miles quidā in britania in-
carceratus sanctū Leonardū inuocabat: qui
statim cunctis vidētibus ⁊ cognoscētibus ⁊
stupentibus in media domo apparuit: ⁊ car
cerem intrans ⁊ vincula frangens hoī ca-
thenas in manibus posuit. ⁊ per mediuꝫ il-
lorū deducēs oēs stupore perterruit. ¶ Fuit
⁊ alius Leonardus eiusdē ꝓfessionis ⁊ vir
tutis: cuius corpus apud corbiatum requie
scit. Hic cuꝫ in monasterio eēt prelatus tan
ta se humilitate deijciebat: vt oibus iferior
videretur. Sꝫ cuꝫ oīs pene ppl's ad euꝫ cō
flueret: quidā inuidi regi Dotario suaserūt
ꝙ nisi sibi p̄uideret per Leonardum q mul-
tos sub obtentu religionis colligebat regnū
francie detrimētuꝫ nō modicuꝫ sustineret:
qbus rex nimis credulus euꝫ expelli iussit
Uēiētes āt milites adeo huius v̄bis ꝯpūcti
sūt: ꝙ se suos futuros discipulos spopōderūt.
Rex q̄qꝫ penitens veniā petijt: ⁊ detracto-
res rebus ⁊ honoribus p̄uās scm̄ leonardū
valde dilexit. ⁊ vir ad p̄ces sci detractores
dignitati p̄stine restituit: q a deo silr̄ ipetra-
uit: vt qcūqꝫ in carcere tenerentur: mox iuoca
to suo noie soluerentur. Dū āt q̄dā die orōni i
cūberet s̄pēs qdā maxi mus a pte pedū vsqꝫ
in eius sinū ascendit: qui pp h̄ nullatenus ab
orōe surrexit ꝯpleta v̄o orōne dixit ei. Scio
q2 ab initio creatiōis tue hoies q̄ȝtū p̄uales
ingetas: sꝫ nūc si in me tradita tibi est ptās:
fac in me qd merui. Quo dcō s̄pēs p eius
caputiū exilēs: ad pedes eius mortuus cor-
ruit. Post hoc autem cum duos epōs discor
dantes sedasset in crastinum se finendū p̄di
xit circa ānū dn̄i. 570.

¶ De noie.



Ucas interp̄taꝛ ipse cōsur
gens vel eleuans: Uel di-
citur lucas a luce. Ipse eni
fuit consurgens ab amore
mundi. eleuans se in amo-
rē dei. Fuit ēt lux mūdi: eo
ꝙ mūdū illumiat vniuersū
mathei. 5°. Uos estis lux mūdi. lux āt mūdi
ē ipse sol: q̄ quidem lux hꝫ in situ sublimitatē

Eccl'iastici.26°. Sol oriens mũdo in altissi
mis dei:in aspectu delectabilitatẽ. Eccl'.ij°
Dulce lumẽ ꝛ delectabile ẽ oculis videt so
lẽ:in motu velocitatem.2°. Esdre.4°. Ma-
gna ẽ terra ꝛ excelsũ ẽ celũ:ꝛ velox cursus
solis. In effectu vtilitatẽ: q2 ſm philosophũ
homo generat hominẽ ꝛ sol:sic lucas habuit
sublimitatẽ p celestiũ ɔtẽplationẽ:delectabi
litatẽ p dulcẽ ɔuersationẽ:velocitatez p fer-
uentẽ p̃dicationẽ:vtilitatem p doctrine sue
conscriptionem.

De sancto Luca.



Ucas sirus natiõe anthio
chenus:arte medicus fu-
it scdm quosdaz vnus de
.72.dñi discipulis. Sane
cũ Hieronymus dicat eũ
fuisse discipulũ apostoloꝝ
nõ domini ꝛ glosa sup.25.
Exo.notet q dño p̃dicãti nõ adhesit: sz post
resurrectionẽ eius ad fidẽ venit: magis te-
nendũ est q nõ fuerit vnus de.72. lz fuerũt
alig opinati sic:q tante fuit pfectionis in vi
ta vt optime ordinatus fuerit q̃ztum ad de
um:ꝛ q̃ztum ad primũ:ꝛ q̃ztũ ad seipm:ꝛ q̃z
tum ad suum officiũ: ꝛ in figurã huius qua-
druplicis ordinationis: quattuor facies ha
bere describit.s.faciez hoïs: leonis:bouis:
ꝛ aquile:qðlibet.n.de aïalibus habebat q̃t-
tuor facies ꝛ q̃ttuor pennas. vt dr̃ Ezech.
p̃mo. Et vt hoc meli⁹ videat imaginemur
aliqð aïal qð habeat caput q̃dratum : vt li-
gnum q̃dratuz in qualibet supficie imagine
mur vnã a parte anteriori faciẽ hominis :a
dextris faciẽ leonis: a sinistris faciẽ vituli:
a parte posteriori faciẽ aqle. Quia v̾o facies
aqle sup alias eminebat pp colli pductionẽ
qð in ea longũ est ideo dicit q erat desuper
Quodlibet etiã hoꝝ q̃ttuor p̃ẽnas habebat.
q2 cũ qðlibet aïal quasi quadratũ imagine-
mur:ꝛ in q̃drato sint quattuor anguli in quo
libet angulo erat vna penna. Per ista q̃ttu
or aïalia scdm sanctos q̃ttuor euangeliste fi-
gurant:quoꝝ licet glibet habuit q̃ttuor faci
es:scribendo.s.de humanitate: passione:re
surrectione:ꝛ diuinitate:singule tñ singulis
p quandã appropriationẽ attribuuntur ſm
Hieronimũ. Mattheus in hoïe figuratur.
q2 principaliter circa Christi humanitatez
imoratur. Lucas in vitulo agẽs de xp̃i sacer
dotio. Marcus in leone euidẽtius scribens
de resurrectione. Catuli.n.leonũ. vt dicũt:
vsq3 in diẽ tertiũ q̃si mortui iacent:sz rugitu
leonis in die tertio excitant. Itẽꝝ q2 incepit
a rugitu p̃dicationis. Joãnes in aquila cete
ris altius volãs scribẽs de xp̃i diuinitate.
Christus ẽt de quo scribunt oïa ista q̃ttuor
fuit.s. homo natus de virgine. vitulus ĩ pas
sione:leo in resurrectione:agla in ascẽsione
Per has igit quattuor facies in gbus desi
gnatus ẽ lucas:sicut glibet alius euangeli-
sta:oñdit q̃liter illis quattuor modis fuerit
ordinatus. Nã p faciẽ hoïs oñditur q recte
fuerit ordinatus q̃ztũ ad primum:quem de
bet ratione instruere :mansuetudine attra-
here:ꝛ liberalitate souere.hõ ẽ.n.aïal rõna-
le:mãsuetũ:ꝛ liberale. Per faciẽ agle oñdi
tur q recte fuerit ordinat⁹ q̃ztũ ad deũ: q2 ĩ
eo oculus intellectus ɔtuet deũ p ɔtẽplatio
nem.rostrum affectus ad xp̃z exacuitur per
meditationem.senectus effectus abijcitur
per nouam ɔuersationem. Aqla enim acuti
luminis est. vt rotam solis irreuerberatis
oculis aspiciat ꝛ in altum mirabiliter eleua
ta:pisciculos in medio mari videat. rostrũ
etiam nimis aduncatum habet. ita vt im-
pediatur in cibo capiendo:ꝛ tunc petre alli
dit ꝛ sic vsui cibãdi habile efficit. Exusta ĩsu
per a calore solis ꝛ in fontẽ magno ĩpetu se
pijciens senectutez abijcit:calore solis ocu
loꝝ caliginez ɔsumente ꝛ pennas alleuian-
te. Per faciez leonis oñdit:q recte fuerit
ordinatus q̃ztuz ad se:q2 habuit generosita
tez p moꝝ cõuersationez honestã sagacita-
tez per insidiaꝝ hostiuz vitationem:ꝛ pas-
sibilitatez per afflictoꝝ cõpassionez. Leo.n.
est aïal generosuz:q2 rex aïaliuz est sagax q2
vestigia cauda delet cuz fugit ne inueniat
passibile q2 quartanã patitur. Per faciem
vituli siue bouis oñditur q recte fuerit or-
dinatus:quãtũ ad suũ officiuz qð fuit scri-
bere euangeliuz:ibi eniz morose pcessit: q2
incepit a natiuitate precursoris: ꝛ natiuita
te ꝛ infantia xp̃i:ꝛ sic paulatim pcessit vsq3
ad vltimaz ɔsumationez: discrete incepit:
q2 p⁹ alios duos euãgelistas: vt qð illi omi
sissent iste suppleret:ꝛ qð sufficient dixissẽt
iste omitteret circa tẽpluz ꝛ sacrificiũ immo
ratus fuit:quod pz in principio ꝛ in medio

⁊ in fine. Bos.n.est animal morosuȝ in vngulis scissum: perqꝺ intelligit discretio imolantiuȝ. ¶ Veruȝ qualiter btūs lucas in predictiꝭ q̄ttuor modis ordinatꝰ fuerit: meliꝰ ostēdit si vite eiꝰ series melius idaget. Primo igitur ordinatus fuit q̄ꝫtum ad deum. Tripliciter at̄ ordinatur homo q̄ꝫtuȝ ad deum: ſm btūm bernardū. s. affectiōe: cogitatione: ⁊ intentiōe. affectio debet esse scā: cogitatio munda: ⁊ intētio recta: affectionē igit sanctā hūit q2 scō spū plenus fuit. Hierony. in ꝓlogo sup Lucā. Obijt inqt in bytinia plenus spū scō. Secundo habuit cogitationeȝ mundā q2 fuit virgo corpe ⁊ mente: in quo notat mūditia cogitationis ipsius. Tertio hūit intentionē rectā q2 in oībus q̄ faciebat honorē dn̄i querebat. De his duobus vltimis dicitur in ꝓlogo sup actus aploꝝ. Sine crimine in v̄ginitate ꝑmanēs hoc q̄ꝫtuȝ ad mundiciā cogitationis: dn̄o maluit ſuire. i. ad honorē dn̄i. hoc q̄ꝫtū ad rectitudinē itentiōis. 2º fuit ordinatꝰ q̄ꝫtū ad ꝓximū: ad ꝓximū at̄ ordinamur cū ei īpēdimꝰ q̄ debemꝰ. Tria at̄ ſꝫ Ricar. d̄ sāc. vic. sunt q̄ ꝓximo debemus. s. nr̄ȝ posse. nr̄m nosse. nr̄m velle: ⁊ quartū addat agere. Nostruȝ posse in subsidijs: nr̄m nosse in ꝯsilijs: nr̄m velle in desiderijs: nr̄m ager in obseqījs. Quantū ad hec q̄ttuor ordinatus fuit btūs lucas. Dedit.n. p̄mo ꝓximo posse suū in subsidijs: qꝺ pꝫ ex hoc q̄ paulo in omnibus tribulationibus semꝑ adhesit: ⁊ ab eo nunq̄ꝫ discedēs eidē in ꝑdicationibus subsidiū fuit. 2. Thimothei. 4. Lucas ē mecuȝ solus. In hoc q̄ dicit mecū: tanq̄ꝫ. s. adiutor ⁊ defensor notat qualiter subsidia ꝑstitit. In hoc q̄ dicit solus: notat q̄ ꝯstant ei adhesit. Item.2. Corinthi. °. dicit de luca. Non solū at̄ sed ⁊ ordinatus est ab ecclesijs socius peregrinationis nostre ⁊c̄. Secundo suū nosse in ꝯsilijs. tūc.n. suum nosse ꝓximo tribuit: cum doctrinā apostolicam ⁊ euangelicam quam ipse nouerat ad vtilitateȝ ꝓximoꝝ conscripsit. De hoc ipse sibi testat in ꝓlogo suo dicens. Visum est ⁊ mihi assecuto a pricipio diligent ex ordine tibi scribere optime. Theophile: vt agnoscas eoꝝ verborum de quibus es eruditus veritatem. Qualiter etiaȝ prebuit suum nosse in consilijs patet ex illo verbo qꝺ dicit Hieronymus in prologo: q̄ eius verba anime languentis sunt medicina. Tertio eius uelle in desiderijs: qꝺ patet ex hoc q̄ eius salutem eternam desiderauit. col. 4. Salutat vos Lucas medicus: salutat idest salutem eternā exoptat. Quarto eiꝰ agere in obsequijs: qꝺ patet ex hoc q̄ dominum quem aliquem peregrinuȝ existimabat hospitio recepit: ⁊ ei omne obsequium charitatis exhibuit. Fuit enim socius cleophe duȝ ibat in emaus: sicut aliqui dixerūt: prout refert Gregorius: in moral. licet Ambrosius dicat alium fuisse: cuius etiam nomen ponit Tertio fuit bene ordinatus quantum ad seipsum. Tria autem sunt secundum Bernardum que optime ordinant hominem ad seipsum ⁊ sanctum faciunt: scilicet victus sobrius: actus iustus: sensus pius: ⁊ quodlibet horum secundū ipsum Bernardum in tria diuiditur: victus inquit sobrius erit: si continenter. si socialiter: si humiliter vixerimus Actus iustus erit: si fuerit rectus discretus fructuosus: rectus per bonam intentionem discretus per bonam commensurationem: fructuosus per edificationem: sensus pius erit fides nostra sentit deum summe potentem summe sapientem: summe bonum: vt ꝑ eius potentiam nostram credamus iuuari ī firmitatem: per eius sapientiam nostraȝ credamus corrigi igorantiam: per eius bonitatem nostram delui iniquitateȝ. hec Bernardus. In his omnibus beatus Lucas fuit optime ordinatus. ¶ Primo enim habuit victum sobrium: ⁊ hoc tripliciter: quia vixit continenter. Nam vt testatur Hieronymꝰ de eo in prologo super Lucaȝ. Ipse nec vxorem vnq̄ꝫ habuit: nec filios. Secundo socialiter: hoc notatur in hoc qꝺ dicitur de ipso ⁊ de Cleopha Luc. vlti. Duo ex discipulis ibant ⁊c̄. ipsa die ⁊c̄. Socialitas enim notatur in hoc q̄ dicitur duo: ⁊ ex hoc q̄ dicitur discipuli: quasi bene disciplinati. i. bene morigerati. Tertio humilit: cuius humilitas īsinuatur in hoc: q̄ nomē socij sui. s. Cleophe expressit: ⁊ suum tacuit. Nam secunduȝ opinionem quorundaȝ Lucas ex humilitate nomen suum siluit. ¶ Scd̄o habuit actū iustū q̄ q̄dē actus fuit rectus ꝑ intentionē h̄ notat in orone cum dr̄. Crucis mortificationē iugiter in suo corpore pro tui noīs honore porta

uit. Discretus ꝑ moderationē: vñ in forma
bouis mōstrat⁹ ē: q vngulā scindit: ꝑ qđ vir
tus discretionis exprimit̄: fructuosus ꝑ edi
ficationē. Adeo quippe fuit primis fructuo
sus: ꝙ ab oib⁹ cariss͞imus habebat̄ vñ col. 4
vocat̄ ab apostolo carissim⁹. Salutat lucas
vos inqt medicus carissim⁹. Tertio habu-
it sensuꝫ piū: q: credidit ⁊ in suo euāgelio ꝓ
fessus est deum esse summe potentē: summe
sapientē: summe bonū. De duobus p̄mis di
cit in. 4°. c. Stupebant in doctrina eius: q:
in potestate erat s̄mo ipsius. De tertio. pꝫ.
. 18. c. Nemo bonus nisi solus deus. Quar-
to ⁊ vltimo fuit bene ordinatus quātum ad
suuꝫ officium quod fuit scribere euangeliū.
In hoc aūt pꝫ qualiter ibi fuerit ordinatus: q̊
niaꝫ ipsuꝫ suū euangeliū fulcitur multa vita
te: repletur multa vtilitate: decorat̄ multa
venustate: ⁊ autenticat̄ multoꝝ auctoritate
Primo nanqꝫ fulcit̄ multa veritate. Est āt
triplex veritas: scꝫ vite: iustitie: ⁊ doctrine
Veritas vite est adequatio man⁹ ad linguā
Veritas iustitie est adequatio sententie ad
cām. Veritas doctrine ē adequatio rei ad i
tellectum. hac triplici veritate ipsum euan
geliuꝫ fulcit̄: q: in ipso euangelio hec triplex
veritas edocetur. Ostendit. n. lucas ⁊ xp̄m
hanc triplicē veritatem in se habuisse: ⁊ ali
os docuisse. Ostendit autem xp̄m hāc veri-
tateꝫ habuisse per testimoniū aduersarioꝝ
sicut pꝫ Luc. 21°. Magister scimus: q: recte
dicis ⁊ doces: ecce veritas doctrine ⁊ ñ ac-
cipis personā. Ecce veritas iustitie: sꝫ in ve
ritate viam dei doces ecce vitas vite. Bo
na enim vita dicitur via dei. Secūdo ostē-
dit in ipso suo euangelio: christum hanc tri-
plicem veritatem docuisse. Primo eniꝫ ibi
dem docetur veritas vite que ꝯsistit in ob-
seruatione mandatorum dei. Unde dicitur
Luc. 10. c. Diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua ⁊ ex oi-
bus viribus tuis: ⁊ ex omni mente tua: ⁊ ꝓ
ximum tuū sicut te ipsum: ⁊ hoc fac ⁊ viues
Item. 18°. Interrogauit eum ⁊c̄. Quid facie
do vitam eternā possidebo: ⁊ sequit̄. Man
data nosti: Non occid[i]s. Non mechaberis
Non furtum facies. Non falsum testimoni-
um dices. Honora patrem tuū ⁊ matrem tu
am ⁊c̄. Scđo docet̄ veritas doctrine. Un-
de qbusdam hāc veritatē doctrine ꝑuerten
tib⁹ dicebat. vndecio cap. Ueh vobis pha
riseis q decimatis: idest decimandam p̄dica
tis menthā ⁊ ruthā ⁊ oē olus ⁊ preteritis iu-
dicium ⁊ charitatem dei ⁊c̄. Itē ibidē. Ueh
vobis legispitis: q tulistis clauē scie ⁊c̄. Ter
tio cum vitas iustitie ostēditur. vigesimo ca-
pitulo. Reddite ergo q̄ sunt cesaris cesari.
⁊ que sunt dei deo. Item. 19. cap. Uex tamē
inimicos meos illos ꝗ noluerunt me regnar̄
suꝑ se: adducite huc ⁊ interficite añ me. Itē
tertiodecimo vbi agit̄ đ iudicio: vbi repro-
bis dicturus est. Discedite a me oēs oparij
iniqtatis. Scđo eius euangelium repletur
multa vtilitate. vñ ⁊ ille ꝗ scripsit medicus
fuit ad designandum ꝙ ibidem nobis medi
cinam vtilissimam ꝓpinauit. Est āt triplex
medicina. s. curatiua: p̄seruatiua: ⁊ meliora-
tiua: hanc triplicē medicinā nobis lucas in
suo euangelio celestē medicū ostendit ꝓpi-
nasse. Medicina autē curatiua ē que curat
a morbo: ⁊ hec est penitētia que omnes mor
bos spirituales curat. Hanc medicinam di
cit medicum celestem nobis exhibuisse cum
ait. 4. c. Sanare contritos corde: predicar̄
captiuis remissionē ⁊c̄. Item. 6. c. Nō ve-
ni vocare iustos. ⁊c̄. Medicina melioratiua
est que sanitatē auget: hec est obseruatio cō
silioꝝ. Consilia. n. hominem meliorem ⁊ ꝑ-
fectiorem faciunt: hanc medicinam ostēdit
medicū propinasse. 18. c. cum ait. Omnia q̄-
cunqꝫ habes vende ⁊ da pauꝑibus ⁊c̄. Iteꝫ
. 6. c. Ab eo q aufert tibi vestimentum ⁊c̄.
Medicina autem preseruatiua ē que pre-
seruat a casu: ⁊ est vitatio occasionū peccan
di: ⁊ malaꝝ societatum: hanc medicinā osten
dit medicū tradidisse cum ait. 12. c. Attendi
te a fermento phariseoꝝ ⁊c̄. vbi edocet ma-
loꝝ consortia euitare. Uel potest dici ꝙ ip-
sū euāgeliū multa vtilitate replet̄. quoniā i
ipso vtus oīs sapiētie ꝓtinet̄. De hoc sic di
cit ābrosius. Lucas oēs sapiētie vtutes euā
gelij sui ꝯplectit̄ historia. Docuit. n. natu-
ralia cū de spiritu sancto dominicā icarnati
onem er[u]tuisse reserauit. vnde ⁊ Dauid na-
turalem docens sapientiam ait. Emitte spi
ritum tuum ⁊ crea. ¶ Iteꝫ cum docuit tene
bras in passione xp̄i factas: terram tremuis-
se: solem radios atraxisse. Docuit moralia

cum in ipsis beatitudinibus mores docuit.
Docuit rationabilia cum ait. Qui fidelis ē
in minimo ⁊ in magno fidelis est. Sine hac
triplici sapientia ipsa fides ipsum misteriuȝ
trinitatis esse nō potest: hoc est. naturali. ra
tionali: ⁊ morali: hec Ambrosius. Tertio ciꝰ
euangeliuȝ decoratur multa venustate. ciꝰ
enim stilus ⁊ modus loquendi valde venu-
stus ⁊ decorus est. Ad hoc autem ꝙ aliquis
in dictis suis venustatem ⁊ decorem teneat
tria sunt necessaria que tradit Augustinus
scȝ: vt placeat: vt pateat: ⁊ vt moueat: vt
placeat debet loqui ornate vt pateat debet
loqui aperte: vt moueat debet loqui cū fer-
uore. Hunc triplicem modum habuit. Lu-
cas in scribendo ⁊ in predicando. De duo-
bus primis. 2. corin. 8. Misimus autem cū
illo fratrem. glo. Barnabam vel Lucaȝ: cu
ius laus est in euangelio per omnes ecclesi
as. In hoc ꝙ dicitur: cuius laus est notatur
ꝙ locutus est ornate ⁊c. in hoc ꝙ dicitur per
omnes ecclesias: notatur ꝙ locutus est ap-
te. Quod autem cum feruore locutus sit: pa
tet ex hoc ꝙ cor ardens habuit dicens. Nō-
ne cor nostrum ardens erat in nobis. ⁊c. 4°.
eius euangelium autenticatur multoruȝ au
ctoritate. multorum quippe auctoritate au-
tenticatum fuit: quoniam a patre fuit preor
dinatum. Hiere. 31°. Ecce dies venit dicit
dominus ⁊ feriam domui israel ⁊ do. iuda
fedus nouum non secundum pactum quod
pepigi cū patribus eorum ⁊c. Sed hoc erit
pactum quod feriam cum domo israel: post
dies illos dicit dominus. Dabo legem me
am in visceribus eorum ⁊c. Ad litteram lo-
quitur de doctrina euangelica. Secundo a
filio corroboratum. Unde dicitur in eodem
euangelio. 21. c. Celum ⁊ terra transibunt v̄
ba anteȝ mea non transibunt. Tertio a spi-
ritu sancto inspiratum. vnde dicit Hieroni
mus in prologo super lucam. Sancto insti
gante spiritu in achaie partibus hoc scripsit
euangelium. Quarto ab angelis prefigura-
tum ab illo angelo de quo dicitur apoc. 14.
Uidi angelum dei volantem per medium
celi habentem euangelium eternum. Istud
autem euangelium dicitur eternum: quia
ab eterno efficienter. i. a christo: q est eternꝰ
deus: de eternis materialiter. ad eterna fi-
naliter: in eternū ꝑpetualiter. Quinto a pro
phetis ꝑnūciatū. Nā ezechiel ꝓpheta istud
euangeliū ꝑnūciauit: cū vnū de aīalibus fa-
ciē vituli habere dixit ꝑ quod euangelium
Luce signatū ē: vt supra dictū est. Itē qn̄ di
xit Ezech. 2°. se vidisse libꝝ q erat scriptus
intus ⁊ foris ⁊ in quo erāt scripta lamētatio
nes carmen ⁊ veh. Per hūc. n. libꝝ intelli-
git euangeliū luce: qd̄ est scriptū intꝰ ꝑ ꝓfū-
di mysterij occultationē: ⁊ foris per historie
apertionē: in quo etiā ɔtinetur lamentū paſ
sionis: carmē resurrectiōis ⁊ veh eterne dā
nationis: sicut pȝ. 6. c. vbi multa veh. ponū
tur. Sexto a beata virgine reseratum. vir-
go. n. btā oia in corde suo conseruabat: ⁊ dili
genter ɔferebat vt dicit luce. 2. vt hec post
modū scriptoribꝰ reseraret vt dicit glo. ibi-
deȝ. Oia que de dño. vel a dño facta vel di
cta cognouit in memoria recondebat. vt cū
tps ꝑd cande vel scribende incarnationis
aduenerit sufficient vniuersa: put essent ge
sta posset explicare querētibus. Unde etiā
Bernardus assignans rōnem quare ange-
lus btē virgini nūciauit ɔceptū helisabeth
ait. Ideo ɔceptus helisabeth nūciat marie
vt duȝ nunc saluatoris nūc precursoris edo
cetur aduentus. reꝝ tempus ⁊ ordinē tenēs
ipsa postmodū melius scriptoribus ac pre-
dicatoribus euangelij referet veritatē: que
plene de omnibus a principio celitus fuit i-
structa mysterijs. Creditur igitur ꝙ euan-
geliste eam de multis requirebant: ⁊ ipsa eos
certificabat: ⁊ specialiter credit de beato lu
ca ꝙ ad eā tanq̄ ad arcā testamenti cucur-
rit: ⁊ ab ea de multis certificatus fuit: preci
pue de his q̄ soli sibi cōstabant: sicut de an-
gelica annunciatione: ⁊ xp̄i natiuitate ⁊ hu
iusmodi. de q̄bus solus Lucas ait. Septio
ab ap̄lis intimatuȝ. Cuȝ. n. Lucas. non fue-
rit cū xp̄o in oībus actibus ⁊ miraculis xp̄i.
iō suuȝ euangelium scripsit scd̄m ꝙ apostoli
q̄ presentes fuerāt: sibi intimauerūt ⁊ rettu-
lerunt. sicut ip̄e in ꝓlogo suo isinuat dicēs.
Sicut tradiderūt nobis q ab initio ip̄i vide
runt: ⁊ ministri fuerūt sermonis ⁊c. Cuȝ. n.
dupl'r ɔsueuerit fieri testimoniū. s. de visis
et de auditis. Ideo dominus vt ait Augusti
nus: duos testes voluit hr̄e de visis. s. ma-
theuȝ ⁊ Joannem: ⁊ duos de auditis scilicet

pl⁹ q̄ duo milia xp̄ianoꝝ ibidē iā dudū ad se cāda marmora dānatoꝝ: q sāctuꝫ clemētē vidētes stati ī fletū ꝛ lachrymas ꝓruperūt: q̄s ille ꝯsolās ait. Nō meis meritꝭ ad vos me misit dn̄s: sꝫ vestris coronis participē me fieri ꝛ cū ab eis didicissꝫ ꝙ a sexto miliario aquā suis humeris ꝑportarent dixit eis. Oremꝰ oēs dn̄ꝫ nr̄ꝫ iesuꝫ xp̄m vt ꝯfessoribus suis fontem in isto loco ac venas aperiat: ꝛ q ꝑcussit petrā in d̄serto syna ꝛ fluxerūt aque ī abundātia: ip̄e nob laticem affluentem īpartiatꝭ: vt de eius bn̄ficijs gratulemur. Cumq̄ orōne facta hic ī de circunspiceret vidit agnum stātem q pede erecto dextro q̄si locuꝫ ep̄o ondebat. Et itelligens dn̄ꝫ iesuꝫ xp̄m esse queꝫ solus ipse videbat prexit ad locum ꝛ dixit. In noīe patris ꝛ filij ꝛ spiritus sc̄i ī isto loco ꝑcutite: sꝫ cum nullus in ipso loco in quo agnꝰ steterat ꝯtingeret: ipse accepto breui sarculo: leui ictu locum sb̄ pede agni ꝑcussit: ꝛ statim maximus fōs erupit: ꝛ in fluuiū creuit. Tunc vniuersis gaudentibus sanctus clemens ait. Fluminis īpetus letificat ciuitatē dei. Ad hanc famā multi ꝯfluxerūt ꝛ vna die q̄ngenti ꝛ amplius ab eo baptisma suscepe- runt: ꝛ idoloꝝ templa d̄struentes ꝑ totā ꝓuīciā intra ānum. 75. ecclesias edificauerunt. Post tres annos traianus īpator q cepit anno dn̄i. 106. hoc audiens q̄ndā ducē illuc misit: q cum omnes libenter mori conspiceret multitudini cessit: ꝛ solum clementeꝫ ligata ad colluꝫ eius anchora in mare precipitauit dicens. Iam nō poterunt ip̄m ꝓ deo colere. Stāte āt oī multitudine ad littus maris cornelius ꝛ phebus discipuli eius oēs orare p̄ceperunt: vt dn̄s corpꝰ sui martyris eis mōstraret. Statiq̄ mari ꝑ tria miliaria recedēte oēs per siccū ingressi inuenerunt in modū tēpli marmorei hītaculū a deo paratuꝫ: ꝛ ibi archā sc̄i clementis ꝛ anchorā iuxta eū. Reuelatum est āt discipulis eius ne īde tollerēt corpus eius. Omni āt anno tēpore passiōis eius per septē dies ad tria miliaria mare recedit: ꝛ siccū iter aduenientibus tribuit. In vna solemnitatū mulier cū filio suo paruulo ad locū accessit. Cōpletis āt festiuitatis solēnijs cū puer obdormiret sonus iundātiū aq̄rū subito factus ē. Mulier āt territa ꝛ filij sui oblita cū reliq̄ multitudine ad ripā aufugit: que postmodum filij memor cū eiulatu maximo flebat ꝛ vsq̄ ad celū lamentabiles voces dabat: ac ꝑ littora clamans ꝛ eiulās discurrebat: si forte filij corpus a littoribus eiectuꝫ videret: sed cū ī ea oīs spes deficeret ad domū redijt: ꝛ totū illū annū in fletu ꝛ merore duxit. Post annum igr̄ apto mari oēs anticipans ad locū ꝯcita venit: si de filio forte aliquod vestigiū inuenire posset. Cuꝫ ḡ ante tumulū sc̄i clementis se in orōne dedisset: surgens vidit infantē in loco vbi eum reliq̄rat dormientē. Existimans āt eū esse defunctū accessit ꝓpius q̄si corpꝰ collectura exanime. Sꝫ cū eū dormientē cognouisset excitatum velociter spectantibus populis incolumē in vlnis leuauit. ꝛ vbi nā ꝑ illū annū fuerit requisiuit. Ille āt se nescire r̄ndit si annus integer p̄terierat: sed tm̄ vnius noctis spatio se suauiter dormisse putabat. Ambro. in p̄fatione sic ait. Cū iniquissimus ꝑsecutor beatuꝫ Clementē penis afficere a diabolo cogeretꝭ nō ei tormentū intulit sed triūphū. Iactatꝭ ḡ martyr in fluctibus vt mergeretꝭ: ꝛ ex h̄ peruenit ad p̄miū. vn̄ petrus magr̄ eius ꝑuenit ad celū: amboꝝ ḡ in fluctibus xp̄s approbās mentes clemētē ad palmā victorie de ꝓfundo reuocat: petrū ad celestia regna in codeꝫ elemento ne emergeretꝭ eleuat. ¶ Refert leo ostiensis ep̄s ꝙ tp̄e quo michael īpator noue rome regebat īperium: sacerdos quidā noīe philosophus qui ob sūmū ingeniū a pueritia fuerat sic vocatus: cū cersonā ꝑuenisset: ꝛ d̄ his que narrantꝭ in historia clementis hītatores interrogasset: q̄r aduene potius q̄ īdigene erant se nescire ꝓfessi sunt. Siqdē miraculū marini recessus ob culpā inhītantiū iam diu cessauerat: ꝛ ob incursū barbaroruꝫ tp̄e marini recessus venientiū templū d̄structum fuerat: ꝛ archa cū corpore marinis fluctibus obruta erat: exigentibus culpis inhabitantiū: super quo miratus ꝓp̄hs ꝛ accedēs ciuitaculā noīe georgiā cū ep̄o ꝛ clero ꝛ pp̄lo accessit ad q̄rendum sacras reliquias ad īsulam in q̄ existimabant esse corpus martyris: vbi cū hymnis ꝛ orōnibus fodientes diuia reuelatione inuenerunt corpus ꝛ anchoram cū qua fuerat in mare ꝓiectū: ꝛ deportauerunt cersonā. Deinde p̄dictus philosophus cū corpore sc̄i clementis romā venit: ꝛ multꝭ

ostensis miraculis in ecclesia q̃ nunc dr̃ sci clementis honorifice corpus collocatũ fuit. In chronica ãt q̃dã legit᷑ q̄ mari ab illo loco exiccato a beato cyrillo normanoꝝ ep̃o romã translatum est.

De sancto Crisogono.



Risogonus iussu Diocliti ani in carcere recludit᷑ vbi scẽ anastasie alimõijs foue bat᷑. Cũ ḡ anastasiã vir eiꝰ i artissimã custodiã posuis set Crisogono q eaꝫ erudi erat talia scripta direxit. Scõ ꝯfessori xp̄i crisogono anastasia. Sacrilegi iugũ mariti suscepi: cuius do miserante thoꝝ mentita infirmitate declinans die noctuq3 dñi nr̃i iesu xp̄i ãplector vestigia. Cũ iste p̄rimoniũ meũ ex quo illustrat᷑ cum indi gnatione ac turpibꝰ idolatris exhauriat: me quoq3 velut magã atq3 sacrilegã custodietã grauissime mancipauit: vt me vitã tẽporalẽ amittere suspicer. Nihil.n.sup ẽ nisi vt emisso spũ morti succũbaꝫ. In q̃ morte l3 glo rier: tñ mea mẽs valde ꝯterit᷑: q2 opes mee q̃s deo duouerã a turpibus ꝯsumunt᷑. Uale vir dei memẽtoq3 mei. Cui crisogonꝰ rñdit. Uide q̄ nõ ꝯturberis in hoc: q̄ tibi pie viuẽti iferant᷑ aduersa. Nõ.n.deciperis: s3 ꝓbaris. Cito ad te placitũ tp̄s xp̄s ꝯueret ⁊ q̃si post noctis tenebras floridũ diei lumẽ aspicies: ⁊ post glaciei frigus aurea tibi tempora ⁊ serena succedẽt. vale i dño ⁊ ora ꝓ me. Deniq3 cũ btã Anastasia sic in custodia artaret᷑ vt vir ei panis q̃drãs daret᷑: existimãs se morituram crisogno ep̄laꝫ in hec v̄ba scripsit. Cõfessori xp̄i crisogono anastasia. Finis vẽit corporis mei: vt egrediẽtẽ aiaꝫ ip̄e suscipiat: ꝓ cuiꝰ amoꝛ ista sustineo: q̃ ex ore hꝰ vetule recognoueris. cui ille rescripsit. Sẽp est vt lumẽ tenebre antecedãt. sic ẽt post infirmitatẽ salꝰ reuertit᷑ ⁊ vita pꝰ mortẽ ꝓmittit᷑: Uno fine ꝯcludunt᷑ ⁊ aduersa huius mũdi ⁊ ꝓspa: ne vel tristibus desperatio vl̄ leṫ elatio dñetur: vnũ mare est in quo nauicule corporis nr̃i velificant: ⁊ sub vno corporis gubernatore aĩe nostre nautico fungunt᷑ officio. Quoꝝ dã igit᷑ nauis fortissimis cathenaꝝ nexibus solidare crebros equoris concitatos fluctus ille se pretereunt. Quorundam vero fragilis iunctura lignorum etiam in trãqllo vici nũ morti ꝯficiũt cursũ. Tu aũt o xp̄i famula crucis tropheũ tota mẽte ꝯstringe. ⁊ teipam ꝑpara ad opus dei. Igr̄ dioclitianꝰ aquilegie ptibus positus ceteros xp̄ianos occidẽs sciñ crisogonũ sibi p̄ntari iussit. cui cũ diceret. Accipe ptãte ⁊ pfecture tue: ⁊ ꝯsulatum generis tui ⁊ sacrifica dijs. rñdit crisogonꝰ Unũ deuꝫ i celis adoro: ⁊ dignitates tuas q̃si lutũ ꝯtẽno data igit᷑ super eũ sn̄ia ad quẽ dã locũ ducit᷑: ⁊ ibidẽ ꝓtinus decollat᷑: circa annuꝫ dñi. cclxxxvij. Cuius corpus cuꝫ capite sanctus zelus p̄sbyter sepeliuit.

De nomine.



Atharina dr̄ a catha qḋ ẽ vniuersũ ⁊ ruina q̃si vl̄is ruina. Nã eni edificiũ diaboli i ea vl̄it᷑ corruit. nã in ea ruit edificiuꝫ supbie per humilitatẽ quaꝫ hũit Carnalis ꝯcupiscẽtie per virginitatem quã seruauit: cupiditatis mũdane: quia omnia mũdana despexit: vel catharina quasi cathenula. ipsa eniꝫ sibi per bona opera quandam cathenaꝫ fecit ꝑ quã vsq3 ad celuꝫ ascendit: que quidem cathena siue scbala quattuor gradus habet q sũt innocentia operis: mundicia corporis: despectio vanitatis: loquutio veritatis: quos ꝓpheta per ordinem ponit dicẽs. Quis ascẽdet in montem domini ⁊c. ⁊ respondet. Innocens manibus ⁊ mundo corde: qui non accepit in vanum animaꝫ suaꝫ: nec iurauit in dolo ꝓrimo suo. qualiter autem isti quattuor gradus in beata chatarina fuerunt: patet ex legenda sua.

De sancta catharina.



Atharina costi regis filia oĩbus liberalium artium studijs erudita fuit. cum autem maxentius imperator omnes tã diuites q̃ pauperes ad alexandriã cõuocasset: vt idolis imolarẽt ⁊ xp̄ianos imolare nolẽtes puniret. catharia ãt cũ eẽt ãnoꝝ. is: i palatio diuitijs ⁊ pueris pleno sola r̄mãsisset: audiẽs aĩaliũ diuersoꝝ mugitꝰ ⁊ cãtatiũ plausus: misso illuc nũcio igri iussit celerit᷑ q̄d h̄eẽt: qḋ cũ didici

cisset assumptis aliquibus de palatio signo
crucis se muniēs illuc accessit. Jbiqꝫ multos
xp̄ianos metu mortis ad sacrificia duci con
spexit: que vehementi dolore cordis saucia
ta se ad imꝑatorē audacter ingessit: ⁊ sic ait.
Salutationē tibi ꝓferre ⁊ ordinis dignitas
⁊ rōnis via monebat si creatorē celoꝝ agno
sceres: ⁊ a diis aurē reuocares: stansqꝫ an-
te ianuā templi ꝑ varias ꝯclusiones sylogis
moꝝum allegorice ⁊ metaphorice: diserte ⁊
mystice multa cum cesare disputauit. De-
inde rediēs ad cōmune colloquium iūxit. hec
tibi tanqꝫ sapiēti ꝓferre curaui. Nunc autē
quare incassū ꝯgregasti hāc multitudinem
ad colendā stulticiā idoloꝝ. Miraris hoc
templum manu artificū oꝑatū. Miraris or
namēta ꝓciosa: que velut puluis ante faciē
venti erunt. Mirare potius celū ⁊ terram
mare ⁊ oia q̄ in in eis sunt. Mirare ornamē
ta celorū solem videlicet ⁊ lunam ⁊ stellas.
Mirare famulatoꝝ eoꝝ q̄liter a mundi ini
tio vsqꝫ ad finē nocte ⁊ die currūt ad occidē
tem ⁊ redeunt ad orientem nec fatigant̄. Et
cū hec animaduertis interroga ⁊ disce quis
sit eoꝝ potētior. Cū aūt ipm̄ ipso donante i-
tellexeris nec similē illi inuenire valueris
ipsū adora: ipsum glorifica: ip̄e. n. est deus
deoꝝ ⁊ dn̄s dominātiū. Cūqꝫ de filii incar
natione sapient̄ plurima disputasset: stupefa
ctus cesar nō valuit ad hec respondere: tā-
dem ad se reuersus dixit ad eā. Sine nos o
mulier: sine nos finire sacrificiū ⁊ post hoc
tibi responsa reddemus. Precepit igit̄ eā
ad palatiū duci: ⁊ cū diligētia custodiri. ad-
mirans nimium eius prudentiam: ⁊ corpis
pulchritudinem. Erat. n. speciosa valde ⁊
incredibili pulchritudine oīū oculis admi-
rabilis videbat̄. Ueniens igit̄ cesar ad pa-
latium dixit catherine. Audiuimus tuā elo
quentiam ⁊ mirati sumus tuam prudentiā
sꝫ in deorū sacrificiis occupati oia plene in
telligere nequiuimus: nunc autem ab initio
progeniem tuam requirimus. Et sancta ca
therina ad hec respondit. Scriptū ē. Nec
te collaudes nec te culpaueris ipse. Hoc fa
ciunt stulti quos gloria vexat inanis. Con-
fiteor tn̄ meam progeniē non tumore iactan
tie: sed humilitatis amore. Ego. n. sum Ca-
therina Costi regis vnica filia que q̄uis in
purpura nata: ⁊ liberalibus disciplinis non
mediocriter instructa: hec tn̄ omnia contem
psi ⁊ ad dominum Jesum christum confugi
dii autem quos colis nec te nec alios iuua-
re possunt. O igitur infelices taliū idoloꝝ
cultores: quibus aduocata in necessitate nō
assunt: in tribulatione non succurrunt in pe-
riculis non defendunt. cui rex. Si ita est vt
dicis totus mundus errat ⁊ tu sola verū di-
cis: cū tn̄ omne vbum in ore duoꝝ vel trium
testium confirmet̄: si angelus esses si celica
vtus adhuc tibi nemo credere deberet: q̄to
minus cū fragilis femina esse probaris. cui
illa: Non obsecro cesar a furore tuo te vinci
ꝑmittas. Jnsipientis aīo nō stet turbatio di
ra. sic naneqꝫ poeta ait. Tu si aīo rex eris rex
es si corpore seruus. Tunc rex ait. Ut vide-
or pestifera calliditate nos illaqueare dispo
nis dū ꝑ exempla philosophoꝝ sermonē ꝓ-
trahere niteris. Uidens autem cesar q̄ eius
sapientie obuiare non posset mandauit oc-
culte per litteras vt omnes grāmatici ⁊ rhe
tores ad pretoriū alexandrie festinanter ve
nirent: immensa munera recepturi si ꝯciona
tricem virginem suis assertionibus supera-
rent. Adducti sunt igit̄ de diuersis prouin-
ciis quinquagita oratores: qui omnes mor-
tales in omni mundana sapiētia excellebāt.
Quibus interrogantibus cur de tam remo-
tis partibus euocati fuissent. cesar respon-
dit. Est apud nos quedā puella sensu ⁊ pru
dentia incōparabilis q̄ oēs sapientes confu
tat ⁊ deos oēs demones esse affirmat: quam
si superaueritis cum honore magno ad pro-
pria redibitis. Ad hec vnus indignatus sto
machanti voce respondit. O magnū impe-
ratoris consilium qui ob vnius puelle cōfli-
ctū sapientes mundi de remotis partibus
aduocauit: cū vnus ex nostris clientulis po
terit eā leuissime confutare. Et rex ait. Po-
teram quidē hanc vi ad sacrificandū ipelle
re: sed melius iudicaui: vt vestris argumē-
tis penitus confutetur. Cui illi dixerūt: ad
ducat̄ corā nobis puella vt sua temeritate
ꝯuicta nunqꝫ se sapientes vidisse cognoscat
Sed cum virgo gloriosa certamen qd̄ sibi i
minebat didicisset: totam se domino ꝯmēda
uit. Et ecce angelus domini astitit: ⁊ vt cō-
stanter staret admonuit: asserens q̄ nō solū

ab illis vici nō poterit: sed insup illa ipsos
ꝯuersos ad palmā martyrij destinabit: cū er
go corā oratoribus adducta fuisset: dixit ipe
ratori: q̄li iudicio ꝯtra vnā puellā quinqua
ginta oratores oppōis: q̄s ꝓ victoria remu
nerandos ꝓmittis: ⁊ me sine spe mercedis
pugnare cōpellis? Erit tñ merces mihi dñs
iesus xp̄s: q est spes ⁊ corona ꝓ se certantiū
vex cū oratores deū fieri hoiem aut pati i-
possibile diceret: v̄go ēt h̄ a gentilibus p̄di-
ctū eē oñdit. Nā plato astruit deū circūrotū
dū ⁊ decurtatuꝫ. Sibilla quoqꝫ sic ait. Felix
ille deus ligno qui pēdet ab alto. Cū igit̄ v̄
go cū oratoribus sapiētissime disputaret: ⁊
eos apertis rōnibus ꝯfutaret: obstupefacti
illi ⁊ quid dicerēt nō iueniētes muti penit⁹
sunt effecti. Tūc iperator ꝯtra eos nimio fu
rore repletus: icrepare eos cepit cur ab vna
puella tā turpit̄ se vinci ꝑmitterēt. Tūc vn⁹
magr̄ alioꝝ sic ait. noueris iperator q̄ null⁹
vnq̄ꝫ añ nos stare potuit: quin ꝯtinuo vince
ret̄. Hec aūt puella in q̄ sp̄us dei loquit̄: sic
nos in admiratione ꝯuertit: vt ꝯtra xp̄m ali
quid dicere aut omnino nesciamus: aut pe
nitus formidemus: vñ impator ꝯstanter fa-
temur: q̄ nisi probabiliorem sententiā de di
is quos vsqꝫ modo coluimus ꝓtuleris: ecce
oēs ad xp̄m ꝯuertimur. Audiēs hec tyran-
nus nimio furore succēsus: oēs in medio ciui
tatis ꝯcremari iussit. At v̄go btā ipsos ꝯfor-
tans ad martiriū ꝯstātes effecit: ⁊ de fide di
ligenter istruxit. Et cū dolerēt q̄ sine baptis
mo decederēt: virgo rñdit. Ne timeat̄ q: ef
fusio v̄ri sanguinis vobis baptismus repu-
tabit̄ ⁊ corona. Cūꝫ ḡ signo crucis muniti fu
issent: flammis iniecti ita aīas dño reddide
runt. vt nec capilli nec vestimēta eorum ab
igne in aliquo lederent̄. Cū āt a xp̄ianis fu-
issent sepulti: tyrannus virgini loquit̄ dicēs
O virgo generosa iuuētuti tue ꝯsule: ⁊ post
reginā in palatio meo secunda vocaberis: ⁊
imagine tui in medio ciuitat̄ fabricata ve-
lut dea adoraberis. cui v̄go. Desine talia di
cere: que scelus ē etiā cogitare. Ego me xp̄o
spōsaꝫ tradidi. Ille gloria mea: Ille amator
meus: ille dulcedo ⁊ dilectio mea. Ab eius
amore nec blādimēta nec tormēta poterūt re
uocare. Tūc ille furore replet⁹ iussit eā spo-
liatam scorpionibus cedi: ⁊ cesam in obscu-
rum carcerem tradi: ibiqꝫ diebus duodeciꝫ
fame cruciari. Rege āt ꝓ quibusdā causis i
stantibus extra regionis ꝯfinia ꝓcedēte re-
gina sancte chaterine nimio amore succensa
cū p̄ncipe militūꝫ noie porphirio, media no-
cte ad carcerem v̄ginis ꝓperauit. Quo cuꝫ
regina introissꝫ: vidit carcereꝫ inestimabili
claritate fulgentē: ⁊ angelos plagas virgis
pungētes. Incipiēsqꝫ v̄go eterna ei gaudia
p̄dicauit ⁊ ad fideꝫ ꝯuertēs martyrij coronā
eidē p̄dixit: sic vsqꝫ ad mediā noctē ſmoneꝫ
ꝓtraxerunt q̄ cū omnia porphirius audisset
ad pedes virgis ꝓcidit: ⁊ cū ducētis militi
bus fidē recepit. q: vero p. xij. dies sine cibo
tyrān⁹ eē eā iusserat: xp̄s p hos dies missa d̄
celo cādida colūba celesti eā cibo refouebat.
Deinde dñs cū multitudine angeloꝝ ⁊ vir
ginum eidē appuit dicēs. Agnosce filia crea
toreꝫ tuū: ꝓ cuius noie laboriosū. subijsti con
flictuꝫ: ꝯstans esto. q: ego tecū sum. rediens
igit̄ impator eā sibi p̄ntari iussit: ⁊ vidēs eā
splendidioreꝫ. quā tāto ieiunio existimabat
afflictam putauit q̄ eā aliquis in carcere su
stentasset: ⁊ furore repletus custodes torque
ri p̄cepit. Illa vero ait. Ego cibū ab hoīe ñ
accepi. sed xp̄s me p suū angelum enutriuit
Cui impator: Recōde oro qd̄ moneo in cor-
de tuo: ⁊ noli dubijs rñdere ſmonibus. Nō
te q̄si famulā possidere cupimus: sꝫ regia po
tens electa decore in regno meo triūphabis
cui virgo. Attēde ⁊ tu obsecro. ⁊ iudicij exa
men iuridica sanctiōe decerne: queꝫ magis
eligere debeo. aut potentē eternuꝫ gl'iosum:
⁊ decoꝝ vel infirmū mortalem ignobilē ⁊ de
formē? Tunc iperator indignatus ait. E du
obus vnuꝫ tibi elige: aut sacrificare vt vi-
uas: aut exq̄sita tormenta subire vt pereas
Et illa Quecūqꝫ tormēta potes cogitare ne
differas: q: carnē meā ⁊ sanguinē xp̄o offer-
re desidero: sicut ipse pro me seipsuꝫ obtulit
Ipse. n. deus meus amator meus: pastor et
sponsus vnicus meus. Tūc quidā p̄fect⁹
furenti regi suasit. vt infra triduū q̄ttuor ro-
tas serris ferreis ⁊ clauis acutissimis circū-
septas prepararet: vt eā tā horribile tormentū
dissecaret. ⁊ ceteros xp̄ianos tā dire mortis
exēplum terreret. Ordinatumqꝫ est vt due
rote vno ordine voluerent̄: due āt ꝯ̄rio im-
petu agerentur. vt ille deorsum lacerando

ꝯtraherent. Ille repugnantes sursum deuo
rando ipingerēt. Tunc virgo btā dn̄m exo-
rauit: vt ad laudē sui nois ꝛ ꝯuersionē po-
puli circunstantꝭ ipam machinā dissiparet: ꝛ
ecce angelus dn̄i molā illā cū tanto impetu
diuellendo concussit: ꝙ q̄ttuor milia gentili-
um interemit. Regina āt q̄ de sup hoc aspici
ebat ꝛ vsqꝫ tūc se celauerat statī descēdēs
imperatorem de tāta seuicia durius increpa
uit. Rex āt furore repletus cū regina sacri-
ficare ꝯtemneret iussit eā extractis pus ma-
millis decolari. Que cū ad martyriū duce
ref catherina rogauit. vt ꝓ se dn̄m p̄caref.
q̄ rn̄dit. Ne timeas a deo dilecta regina. qꝛ
tibi hodie ꝓ transitorio regno ꝯmutabif et-
nū ꝛ ꝓ mortali sponso tibi imortalē aequi-
res: tūc illa ꝯstans effcā tortores hortabatur
ne quod iussi fuerāt facere morarēf. Mini-
stri igif extra ciuitatē eā ducentes ferreis
astilib⁹ mām̄illas eius euellūt: et postmodū
caput p̄cidūt. cuius corp⁹ porphiri⁹ rapiēs
sepeliuit. Seq̄nti die cū de corpe regine q̄-
stio fieret: ꝛ multos ex hoc ad suppliciū tyrā-
nus ptrahi iuberet: porphirius ꝓrūpens in
mediū exclamauit. ego sū q xp̄i famulā se-
pelim: ꝛ xp̄i fidē recepi. Tūc marenti⁹ amēs
effcūs rugitū terribilē emittēs exclamauit
O me miserꝝ ꝛ mifandū: ecce porphirius:
q erat vnic⁹ aīe mee custos ꝛ totius laboris
solatiū deceptus ē: qd̄ cū suis militibus re
ferret: illi ꝓtinus rn̄derūt. Et nos xp̄iani su
mus: ꝛ mori ꝓ xp̄o pati sumus. Tūc cesar fu
rore repletus p̄cepit omnes cum porphirio
decolari ꝛ corpa eoꝝ canib⁹ dimitti. Deīde
catherinā aduocansqꝫ ait. Quāuis arte ma-
gica reginā mori feceris: si tn̄ resipueris pria
i palatō meo eris. Hodie igif aut diis sacri-
ficia offeres: aut caput amittes. cui illa. fac
quecūqꝫ aīo ꝯcepisti. paratam. n. me vide-
bis pro xp̄o ad oia sustinenda. Data igif sup
eā snīa decolari iubef: que cū ad locū mortis
deducta fuisset: erectꝭ in celum oculis orauit
dicēs. O spes ꝛ salus credentiū. O decus ꝛ
glīa v̄ginū iesu rex bone obsecro te vt qcun-
qꝫ passionis mee memoriā egerit seu in exi-
tu aīe vel in quacūqꝫ necessitate me inuoca
uerit tue ꝓpitiationis ꝯsequaf effectū: ꝛ scā
ē vox ad eā. d. Ueni dilecta mea spōsa mea
ecce tibi celi ianua est apta. Nā ꝛ his q pas-
sionem tuā celebrauerint optata p̄sidia pro-
mitto de celis. deinde cū decollata fuisꝫ d̄
eius corpe ꝓ sanguine lac emanauit. Angeli
āt corpus eius accipiētes ab illo loco ad mō
tē synai itinere plusqꝫ dieꝝ. 20. deduxerūt:
ꝛ ibidē honorifice sepelierūt. Ex cuius ossi-
bus indesinenf oleū emanat. qd̄ cūctoꝝ de-
biliū mēbra sanat. Passa est āt sub marentio
siue maximio tyrāno q cepit circa ānū dn̄i.
.310. Qualr āt marentius ꝓ hoc scelere ꝛ ali
is q̄ ꝯmisit punitus fuerit in histo. de inuen
tione crucis hētur. ¶ Dr ꝙ quidā mōach⁹
rothomagensis ad mōtē synai ꝑrexit: ibiqꝫ
ꝑ septē annos in ꝯuitio btē catherine d̄uotus
ꝑmansit: quā cū instātius exoraret vt aliqd
de corpe suo hr̄e mereref. subito rupit d̄ ma
nu illi⁹ vnus articul's digitoꝝ: qui donū dei
letus recepit ꝛ ad suū monasteriū deporta
uit. ¶ Ferf quoqꝫ ꝙ dū qdam btē catherīe
deuotus existeret: ꝛ eā crebro in sui adiuto-
riū inuocaret ꝑ ꝓcessū tpis mētis incuria re
solutus ꝛ deuotiōē mentꝭ ꝑdidit: ꝛ ab ipsius
inuocatiōe cessauit: q in orōne positus vidit
mltitudinē v̄ginū añ se trāseuntiū: inf quas
vna erat q̄ ceteris splēdidior videbaf: q̄ cū
sibi appropinq̄sꝫ faciē suā operuit ꝛ sic añ ipꝫ
faciē velata trāsiuit: cui⁹ splēdorē cū ille ni-
miū miraref: ꝛ q̄ esset iterrogaret. vna ex eis
ei rn̄dit. Hec ē catherina quā olī cognosce-
re solitus eras: nūc āt qꝛ eā cognoscere n̄ vi
deris corā te sic velata facie tanqꝫ a te inco-
gnita ptransiuit. ¶ Qualr ēt scā v̄go ꝛ mar-
tyr xp̄i catherina p° ex teutonie ptib⁹ adia-
centib⁹ ccpit venerari: ꝛ festū eius solemni
ter agi ex quodā miraculo colligif: qd̄ in ca-
meraco citate impiali fcm̄ fuisse narraf. Dr
aūt locus ille cameracū: eo ꝙ spālr fuerit de
putat⁹ ad camerā impatoris. Ibidē siqdē
fuit qdā monasteriū scīmonialiū: cui p̄erat
q̄dā soror: q̄ nō min⁹ rectitudine vite: qꝫ no-
bilitate generis relucebat. Ipa v̄o frēm q̄n-
dā hēbat militē strēnuū q vice q̄dam eā vi
sitādi ad eā accessit. Cūqꝫ abire vellet vnū
de familia sua ibidē militē reliqt egrotantē
quē tn̄ sorori sue: vt ei⁹ curā hr̄et diligenf cō
mēdauit: q̄ꝑꝑ sibi a frē suo ꝑmissū militē ce
pit visitare: ꝛ qualr valuit in infirmitate cō
solabaf. Ille v̄o apuit ei secreta cordis sui di
cēs: ꝙ amore eius capt⁹ eēt: ꝛ nisi sibi ꝯsenti

ret. ꝙ secū ꝯcuberet viuere minime valeret. Illa vͦ vt femina casta ⁊ deuota quantū va luit tā nefando desiderio ipm̄ scõ collo〈q〉o ⁊ benigno ꝯsilio auertere nitebat. Sermo āt eius nihil ꝓficit in eo. cūq; aūt diabolus in cessant bonis opibus instoꝝ insidiet ⁊ iuxta aplm̄. Bonos mores corrūpūt colloq̄a praua: q: illa ēt inc auta ipz̄ visitare ꝯsueuerat. eiusq; vanis verbis aurē accōmodabat ipa soror q̄ ꝺuota fuerat ꝑ militē illū adeo tētata fuit: vt iā secū ad seclm̄ abire vellet: sz q: ip sa antea valde religiosa fuerat: more solito: q̄dam nocte altaria sue ecclesie orõnis gra tia ꝑlustrabat. Ueniēs āt ad altare btē vir ginis Marie corā imagīe ei⁹ inter cetā v̄ba sic beatā Mariā alloq̄t dicēs. O scā Ma ria: ego nimis inflāmata amore illius milit̄ sū: ⁊ nūc q: manere nõ valeo licentiā a te ac cipio: ⁊ locū istū tue gratie recomēdo. Bea ta āt virgo apꝑuit ei dicens. O filia sto per seuerās in ꝓposito castitatis. qm̄ filio meo q̄ est flos v̄ginū ⁊ speculū toti⁹ castitat̄ eā vo uisti. Nihil. n. valet vouere vl̄ aliq̄ꝺ bonū īchoare: nisi i eo velit hō ꝑseuerare. Tm̄. n. saluator mūdi amat castitatē ꝙ nõ nisi ꝺ vir gine voluit ⁊ potuit nasci. Post hec illa ad secundū ꝓcessit. s. altare scē crucis: et ꝙ tm̄ ꝯcupiscētiā mala succēsa eēt: ꝙ nullaten⁹ ma nere posset in claustro stās corā crucifixo asse ruit. Statiq; dn̄s pēdēs i cruce ei apꝑuit ei dicēs. O filia dilecta absit vt a me recedas qm̄ sanguine meo te redimi. Absit vt vnā tē tationem supare non valeas: ꝑ qua durissi ma sustinui crucis tormēta. Ultimo ꝓcessit ad tertiū altare. s. btē catherine q̄ ibidē pa trona fuit. ⁊ corā ea sicut corā alijs fecerat se penitus superatā illicita concupiscentia astruebat: ⁊ se nullatenus in ordine posse ꝑ sistere referebat. Tunc beata catherina sibi apꝑuit cum oī genere tormentoꝝ q̄ ꝓ amore xp̄i passa fuerat dicens. Memor eē debes filia ꝙ cū ego essem filia regis: ⁊ diuitias et delitias regni possedissē ipas tm̄ ⁊ oēm mū di gloriā ꝯtēpsi: insup diris tormentis me tra didi ꝓpter xp̄m. Te ergo sine ferro ⁊ sine sā guinis effusione saltē aliq̄d modicū pati de cet ꝓ xp̄o. Sz heu ad tā clemētes appariti ones ⁊ allocutiões illa emēdata nõ fuit. se cūda ēt ⁊ tertia nocte eidē misere sorori alta ria ꝑdicta ꝑlustrāti ⁊ quasi licētiā a scis acci piēti eadē visio ⁊ allocutio ad singula alta ria facta ē. Illa aūt in suo nefādo ꝓposito ꝑ māsit. Et q: ꝑlata ⁊ magistra illius mona sterij fuerat totā curā illius ꝯuent⁹ cui pre erat btē catharine vtpote patrone illius loci cōmēdauit. Et p̄sitatis imagini eius claui bus officij sui cū milite ad seculū clā reces sit. cūq; ꝑlibus ānis i seculo misera māsisset ⁊ ex milite duos filios iā etate magnos ha buisset: tādē milite mortuo i se reuersa ⁊ cō p̄ūcta dicebat. qm̄ miseratiões dei multe st̄ nec aliquē peccatorē ad se redire volētē a misericordia repellit. r̄uertar ad locū vn̄ exiui: ⁊ hec dicēs iter arripuit: ⁊ q: nobilis genere ⁊ delicate educata fuerat inter saxa ambulās sanguis q̄ de nudis eius pedibus fluebat sua vestigia rubricabat. cum aūt ad monasteriū clā venisset: vt mgr̄ā q̄ scimõi alibus p̄erat rogaret vt ipā de seculo redi entē ad pn̄iā recipet ecce res admirāda be atā chatarinā primā oīm ⁊ solā interius ad fenestram: vt magistram claustri sedentem inuenit: quam cum illa minime cognosceret illa dixit. Tempus est vt ad celum redeam iam enim diu vices tuas suppleui. Ueni er go citius vt religiosis vestibus induaris: et locum curamq; tui officij resumas: nemo. n. scit adhuc te defuisse. Illa ergo nimium ga uisa ⁊ de tanto miraculo stupefacta claustrū intrauit: ⁊ vestes ⁊ curam sui monasterij re cepit. O quanta humilitas ⁊ pietas beate catherine. qua per tot annos in forma ⁊ habi tu predicte sororis omne misterium: qꝺ illa tenuerat diligētissime adimpleuit. O q̄z fe lices fuerūt que talēme ruerunt habere ma gistram oīs virtutis ⁊ discipline plenā. Illa vero q̄ de sclo reuersa fuerat cum in matuti nis eēt seq̄ntis diei ⁊ cātrix ei iniūgeret: vt ꝯsuetū ē ꝙ nonā lectionē legeret: ipa innuēs se eē debilē lectionē alteri legēdam cōmisit. Mane āt facto pulsari fecit: vt ad capl̄m to tus ꝯuētus soroꝝ veniat vt tm̄ miraculum publicaret. Cūq; oēs ꝯuenisset ipa oīa: que circa eā gesta fuerāt ꝑ ordinē oībus enarra uit. Tunc oēs bn̄dicebāt ⁊ gl̄ificabāt dn̄m in gl̄iosa v̄gine ⁊ martyre sua catherina. Illa ve ro salubrē pn̄iā agēs postmodū plēa virtu tib⁹ i dn̄o obdormiuit. ¶ Notandū ꝙ btā ca

tharina admirabilis appebat in qnq3. Pri
mo in sapia. 2°. in eloquentia. 3°. in ↄstantia.
4°. in mundicia castitatis. 5°. in puilegio di
gnitatis. Primo igr̃ admirabilis appet i sa
pientia. In ipsa. n. fuit ois spẽs phie. Phia
. n. siue sapia diuidit in theoricã: pcticã ⁊ lo
gicã. Theorica didit ꝑm quosdã in tres. s. in
intellectualẽ: nãlẽ ⁊ mathematicã. Hũit igr̃
btã catharina sapiã3 intellectualẽ i cognitiõe
dinoꝝ qua maxime vsa est in disputatione
ↄ̃ rhetores: qbus vnũ solũ deũ veꝝ esse pba
uit ⁊ deos oẽs falsos esse cõuicit. Scd̃o natu
ralẽ in cognitione oĩu3 inferioꝝ: q̃ maxie vsa
est in disputatione ↄ̃ impatorẽ: sic p3 ibide3.
Tertio mathematicã i ↄtẽptũ terenoꝝ. Hec
. n. scia ꝑ3 boetiũ speculat formas sine mate
ria in abstractõe: hãc btã catherina hũit qñ
aĩu3 suũ ab oĩ materiali amor abstraxit. Hãc
. n. se hr̃e oñdit cum impatori interrogãti rñ-
dit. Ego. n. catharina sum costi regis filia q̃
q̃uis in purpura nata ⁊c. hac maxĩe vsa est
cũ regina quã ad ↄtẽptũ mũdi ⁊ despcĩn sui
⁊ desideriũ regni aiauit. ¶ Practica ãt di-
uidit in tres. s. ethicã: economicã: ⁊ publicã
siue pollĩticã. Pria docet mores informare
⁊ se ṽtutibus exornare ⁊ ptinet ad oẽs. scd̃a
docet familiã bñ ↄpõere: ⁊ ptinet ad p̃mensa
milias. Tertia docet ad vrbes ppl̃os ⁊ rẽpu.
bñ regẽ: ⁊ ptict ad rhetores vrbiũ. hãc ẽt tri
plicẽ scia3 hũit btã catharia. pmã. n. hũit cũ
se oĩ moꝝ hõestate ↄposuit: ꝯa3 cũ familiã su
am q̃ sibi magna relicta fuit laudabilr̃ rexit.
tertiã cũ ipatorẽ sapiẽter istruxit. ¶ Logica
didit in tres ptes. s. demr̃atinã pbabilẽ ⁊ so
phisticam. Pria ptinet ad phõs. Scd̃a ad
rhetores ⁊ dialeticos. Tertia ad sophistas.
Hanc ẽt triplicẽ scia3 hũisse vr̃ cũ de ea scri
bit. p varias ↄclones sylloꝝ: allegorice ⁊ me
thanomice diserte ⁊ mystice multa cũ cesare
disputauit. Scd̃o fuit admirabil̃i eloq̃ntia
hũit. n. eloq̃ntiã facũdissimã in p̃dicãdo: sic
p3 i suis p̃dicatõibus. diffusissimã in rõnẽ red
dendo: sic p3 cũ dicebat impatori: Miraris
h tẽplũ manu artificũ fabricatũ. suauissima3
in attrahẽdo sic p3 in porphirio ⁊ i regina q̃s
elõqi sui suauitate ad fidẽ attraxit. Efficacis
simã in ↄuicendo sic p3 in rhetorib⁹ quos tã
potent ↄuicit. Tertio in ↄstantia. fuit. n. ↄstã
tissima in minis illatis: q̃ ipsas cõtempsit.

Unde impatori sibi minanti rñdit. Quecũq3 tor-
menta potes cogitare ne differas: q̃ carne3
⁊ sanguinẽ meũ xp̃o offerre ↄ̃sidero. Itẽ fac
q̃cunq3 aio ↄcepisti. patã. n. me videb ad oĩa
p xp̃o sustinẽda. Scd̃o in donis oblatis: q̃
ea respuit. Unde cũ ipator sibi pmitteret ꝙ ea
in palatio scd̃a3 hr̃et rñdit. Desine talia dr̃e
q̃ scelus est ẽt cogitare ⁊c. Tertio in suppli-
cijs irrogatis: q̃ ea supauit: sic p3 cũ posita
fuit in carcere ⁊ sup rotã. 4°. in mundicia ca
stitatis. Seruauit. n. castitatẽ inter ea inter
q̃ castitas piclitari solet. Quinq3 sunt in qbus
castitas piclitat. s. affluentia resoluẽs oppor
tunitas inducens: iuuentus lasciuiẽs: liber
tas effrenans: pulchritudo alliciens: inter
hec btã catharina castitatẽ ꝯuauit: hũit. n. ma
ximã affluentiã reꝝ: vtpote q̃ ta3 ditissimis
parentibus successisset. Hũit opportunitatẽ
vtpote q̃ sui dña tota die inter suos famulos
ṽsabat. hũit iteꝝ etatẽ iuuenilẽ: Itẽ fuit libta
tẽ: q̃ sola ⁊ libera in palatio remansit: d̃ his
q̃tuor sup̃. Catharina cũ esset annoꝝ. 18. i pa
latio diuitijs ⁊ pueris pleno sola remansit.
hũit ẽt pulchritudinẽ: dr̃ q̃ erat speciosa val
de ⁊ incredibili pulchritudĩe oĩu3 ocul admi
rabilis videbat. qnto in puilegio dignitat q̃
dã. n. puilegia spãlia fuert in aliquibus scis
dum decederent. vt Christi visitatio. qd̃
fuit in Joanne euangelista. olei emanatio:
qd̃ fuit in beato Nicolao. lactis effusio qd̃ fu
it in beato Paulo. sepulchri ab angelis pre
paratio qd̃ fuit in beato Clemente. petitio-
num exauditio: qd̃ fuit in beata Margari-
ta: quando orauit pro agentibus sui memori
am: hec autem omnia fuerunt in beata Ca-
tharina sicut patet in legẽda. Dubitatio au
tem habet apud aliquos: vtrum a maxentio
vel a Maximino martirizata sit. tunc eni3
tres imperium tenebant scilicet. constanti-
nus qui ex traditiõe paterna imperiu3 sum-
psit. Maxentius maximiani filius a preto-
rianis militibus rome augustus appellatus
⁊ maximinus in orientis partibus cesar effe
ctus: Scd̃m aute3 chronicas maxentius ro
me: maximinus vero in oriente contra christi
anos tyranidem exercebant. Videtur ğ vt
aliquibus placet ꝙ vitio scriptoris sit factũ:
vt pro Maximino Maxentius poneret.

¶ De sancto Saturnino.



Aturnius ab aplo⁊ disci
pulis eps ordinatus in vr-
bem tholosanā directus ē.
Cū āt ipso ingrediēte dmo
nes a rñsis cessarent: vnus
gentiliū dixit ꝙ nisi satur-
ninū occiderent a dijs suis
penitus nil obtinerent. Apphendentes igit
saturninū nolentē sacrificare ad pedes thau
ri ligauerunt: cūqꝫ cū stimulis agitātes e sū
ma arce ꝑ gradus capitolij ꝑcipitauert. sicqꝫ
capite cōfracto ⁊ cerebro excusso martyrium
felicit ꝯsumauit. cui⁹ corpus duꝫ femine ra-
pientem in ꝓfundo loco ꝑꝑ metum gentiliū
ꝯdiderunt. qđ postea successores ad locū re-
uerentiorē transtulert. ℭ Fuit ⁊ alius satur
ninus quē rome ꝑfectus diu in carcere ma-
ceratum in eculeū leuari ⁊ neruis ⁊ fustibus
⁊ scorpionibus cedi fecit: deniqꝫ laterib⁹ ad
ustus dpositū de eclēo decollari ꝑcepit cir-
ca annū dñi. 286. sb maximiano. ℭ Fuit ⁊ ali
us saturninus apđ aphricā fr̄ sci satyri q cuꝫ
ꝑdicto frē suo ⁊ reuocato ⁊ felicitate sorore
dci reuocati: necnō ⁊ cū ꝑpetua genere nobi
li martyrium passus est quo⁊ passio alio tpe
potissimū recolit. cuꝫ ḡ ꝓcōsul eis dixissꝫ: vt
idol' imolarent illi nullatenus assentiēt i car
cerē missi sūt: qđ audiēs pr̄ ꝑpetue ad carce-
rē flēs cucurrit dicens: filia qd fecisti? De-
honestasti genus tuū: nunꝗ aliquis đ gene-
re tuo in carcerē missus fuit. Cū āt audisset
ꝙ xp̄iana eēt i eā cū ipetu cū digitꝭ irruit ad
ocl'os ⁊ ei ocl'os eruere voluit: ⁊ exclamans
egressus est. Uidit āt btā ꝑpetua huiusmodi
visionē quā in crastino socijs enarrauit di-
cens. Uidi scalā aureaꝫ mirabili altitudine
vsqꝫ ad celū erectā q̄ adeo āgusta erat ꝙ nō
nisi vnus ⁊ pu⁹ ascenderꝫ poterat. In dextra
vo ⁊ leua erāt fixi cultri ⁊ gladij ferrei lima
ti ⁊ exacuti ita ꝙ ascendēs circa vel infra se
nullatenus respicere poterat sed sꝑ ad celuꝫ
eū erectū stare oportebat. Sub ea draco te-
terimus ⁊ ingētis forme iacebat: ⁊ ꝑ timore
qlibet ascendere formidabat. Uidi ēt saty⁊
ꝑ eā ascendentē vsqꝫ sursum ⁊ respicientem
ad nos dicentē. Ne timeatis hunc draconē
sꝫ securi ascendite vt mecū esse possitꝭ. Hec
audiens oēs grās egerunt: qꝛ se vocatos ad
martyriū cognouert. ꝑsentati igr̄ iudici cum
sacrificare nollent fec̄ saturninū cū alijs vi-
ris a mulierib⁹ separi: ⁊ dixit felicitati. Hēs
virum? ⁊ illa. Habeo: sed contemno. cui ille
Miserere tui puella vt viuas: maxime cuꝫ
infātez in vtero hēas. ad quem ait. fac de
me quicquid vis: qꝛ ad tuā volūtatē me tra
here nō valebis. parētes āt btē ꝑpetue cuꝫ
viro accurrētes ifantē paruulū btē ꝑpetue
qui adhuc lactabatꝛ adduxerūt. ⁊ vidēs eā
pr̄ stantē añ ꝑfectuꝫ cadēs i faciē dixit. Filia
mea dulcissima miserere mei: ⁊ huius me-
stissime mr̄is tue ⁊ huius miserrimi viri tui
qui post te viuere ñ valebit. Perpetua vo
imobilis stabat. Tūc pr̄ filiū ad collum eius
iactauit: ⁊ ipse ⁊ mr̄ ⁊ maritus eius manus
tenētes ⁊ flentes osculabantꝛ eā: dicētes mi
serere nr̄i filia ⁊ viue nobiscū. at illa ꝓijci-
ens paruulū ⁊ illos repellēs ait. Discedite
a me inimici dei: qꝛ nō noui vos. Uidēs vo
ꝑfectus eo⁊ ꝯstantiā diutissime verberatos
in carcere posuit. Sci vero dū plurimū me
sti eēnt de felicitate q̄ octo iā mēsibus pre-
gnans erat ꝓ ea orauerunt: ⁊ dolores ꝑtus
subito in eā irruerūt pepitqꝫ filiū viuū: qdā
vero de custodibus dixit ad eā: quid facies
cū añ ꝑfectuꝫ veneris si nunc taꝫ grauiter
cruciaris? rñdit felicitas. Hic ego ꝓ me pa-
tior: ibi ꝓ me deus patietur. Extracti igitur
de carcere ligatis post tergū manibus ⁊ nu
datis natibus ꝑ plateas ducuntꝛ. Et dimis
si bestijs satyrus ⁊ perpetua a leōibus de-
uorantꝛ: ⁊ felicitas a leopardis cōmeditꝛ. be
atus vero saturninus gladio capite trunca
tur. circa annū dñi. 256. sb valeriano ⁊ galie
no impatoribus. ℭ De scō Jacobo iterciso



Acobus martyr cognomē
to intercisus nobilis gene
re: sed fide nobilior ex re-
gione ꝑsa⁊ ⁊ ciuitate ela-
pe oriūdus fuit. hic ex xp̄i
anissimis parētibus ortus
ē: ⁊ vxorē xp̄ianissimā ha-
buit. eratqꝫ notissimus regi persa⁊: ⁊ inter
optimates primus. Accidit aūt vt a princi
pe nimio amore seduceretꝛ ⁊ ad colendū ido
la flecteretꝛ. Hec autē mater ⁊ vxor audien
tes ꝓtinus sibi scripserunt dicentes. Obe-
diēdo mortali deseruisti euꝫ qui vita ē. pla
cendo future cito putredini deseruisti sem-
piternuꝫ odorē: veritatē in mendaciuꝫ cō-
mutasti ⁊ mortali obtēperās viuo⁊ ac mor-

tuoꝝ iudicē reliqsti. Noueris igiꝭ nos āmo
do a te futuras extraneas: nec tecuꝫ dece-
tero aliq̄tenus moraturas. Cū āt has lr̄as
iacobꝰ legiſſꝫ amarī flēs ait. Si mr̄ q̄ me ge-
nuit ⁊ vxor mea a me ex̄nec scē sūt q̄ꝫto magiſ
me ex̄neꝰ fcūs ē ds meꝰ. Cū ḡ p errorē se pluri
mū afflixiſſꝫ nūciꝰ vēit ad pncipeꝫ q diceret
Jacobū xp̄ianū eſſe: quē pnceps aduocāſ ait
dic mihi si nazarenꝰ es. cui Jaco. Etiā naza-
renꝰ sū. ⁊ ille ḡ magus es. cui Jac. Absit me
maguꝫ eſſe. Cū ḡ ei mlta supplicia minareꭲ
dixit Jacobꝰ. Nō me pturbent mine tue: q̄
tāq̄ꝫ ventus flās sr̄ petrā furor tuus aures
meas cito ptrāsit. Cui pnceps. noli iprudēt
agere ne grauiori morte peas. Cui Jacobuſ
Hoc nō mors: sꝫ sōnꝰ potius eſt dicendum:
cuꝫ pꝰ modicuꝫ resurrectio tribuaꭲ. Cui pn
ceps. Nō te seducāt nazareni dicētes mor
teꝫ eſſe sōnuꝫ: q̄ magni ipatores timent eā:
cui iacobꝰ. Nos morteꝫ nō timemꝰ: q̄ d̄ mor
te ad vitā trāsire spamus. Tunc pnceps de
ꝯsilio amicoꝝ hāc sup iacobū tulit sniaꝫ: vt
ad terrorē alioꝝ mēbratiꝫ iacobꝰ puniaꭲ. cū
āt qdā ex ꝯpaſſione sup eū flerēt. ille ait. No
lite sup me flere: sꝫ sup vosipsos plangite: q̄
ego ad vitā pgo: ⁊ vobis supplicia etna de-
benꭲ. Tunc carnifices pollicē māus eiꝰ dex
tre absciderūt: ⁊ exclamans iacobꝰ ait. Libe
rator nazarene suscipe ramū arboris miē tue
nā a cltore vinee sarmētū absciditꝭ vit̄ vt po
tius germinet ⁊ vberius coroneꭲ. cui carni-
fex. Si aſſentire vis adhuc tibi parco ⁊ me-
dicamētū adhibeo. cui iacobꝰ. Nōne psperi
sti stipitē vitis: q̄ cū amputāꭲ sarmenta: ille
nodus q remanet in suo tp̄e cū tra calescere i
cipit: p singula abscisiōis loca pducit germi
na? Si ḡ vit̄ putaꭲ vicissitudīe tp̄is vt ger-
minet: q̄ꝫto magis fidelis hō q in vera vite
xp̄o ꝯpactus eſt? Tunc accedēs carnifex 2m
abscidit digitū: btūs āt iacobuſ dixit. Susci
pe duos ramos q̄s plantauit dextra tua dn̄e.
Abscidit ⁊ 3tiū: ⁊ dixit iacobus. De triplici
tētatōe liberatus bn̄dicā pr̄i ⁊ filio ⁊ sp̄ui scō
Et cū tribus erept̄ de camino pueris ꝯfite-
bor tibi dn̄e. ⁊ i choro martyꝝ psallā noi tuo
xp̄e. Abscissus eſt q̄rtus: ⁊ iacobus dixit. pro
tector filioꝝ isrl̄ q in q̄rta bn̄dictōe pnuncia
tus es: suscipe a s̄uo tuo ꝯfessionē q̄rti digiti
tāq̄ꝫ in iuda bn̄dicti: abscisso q̄nto dixit. com

pletū eſt gaudiū meū. Tūc carnifices dixerūt ei.
Parce iā nūc aie tue ne pereas: nec ꝯtriste-
ris si vnā manū amiseris q̄m multi sunt vnā
manū tm̄ hn̄tes ⁊ multis diuitijs ⁊ honoribꝰ
abūdantes. iacobus dixit. Nūqd pastores inci
piunt pecora tōdere: nunq̄ꝫ dextrū tm̄ vellꝰ
auferunt: ⁊ sinistrū dimittūt. Si ḡ pecus qd̄
aial brutū eſt. totū vult vellus amitterē: q̄ꝫto
magis ego hō rōnalis nō dedignabor p deo
occidi? accedentes igiꭲ ipij sinistrā manū di
gitū minimū inciderūt: ⁊ iacobꝰ dixit. Tu dn̄e
cū magnus eēs minimus ⁊ puus p nobis fieri
voluisti: icc irco reddo tibi corpꝰ ⁊ aiaꝫ quā
creasti ⁊ p pp̄o sanguine tuo redemisti. Absci
ditꭲ septimꝰ digitus ⁊ ait. Septies i die lau
dē dixi tibi dn̄e. Abscidiꭲ octauus ⁊ dixit.
octauo die circūcisus eſt iesus: ⁊ hebreꝰ cir
cūcidiꭲ octauo die vt transeat ad legales ce
rimonias: ⁊ mens s̄ui tui dn̄e transeat ab his
icircuncisis ⁊ comgnatū hn̄tibus pputiū: vt
veniā ⁊ ꝯspiciā faciē tuā dn̄e. Incidiꭲ nōus
digitus: ⁊ ait. Hora nona tradidit xp̄s in cru
ce spm̄: vn̄ ⁊ ego dn̄e in dolore noni digiti ti
bi ꝯfiteor: ⁊ gr̄as ago. Incidiꭲ decimus ⁊ ait
Decimus numerus eſt in p̄ceptis ⁊ iota pꝰ
lr̄a nois iesu xp̄i: tūc qdā d̄ astātibus dixerūt.
O dilectiſſime quōdā nr̄ pfitere deū tm̄ corā
ꝯsule: vt viuere valeas: licet. n. abscisse sint
manus tue: sunt tn̄ peritiſſimi medici q tuis do
loribus valeant s̄buenire: qbꝰ iacobus dixit.
absit a me nefanda simulatio. Nemo. n. mit
tens manū suaꝫ ad aratrū ⁊ aspiciens retro
aptus eſt regno dei. Tūc indignati carnifices
acceſſerūt: ⁊ pollicē dextri pedis absciderunꭲ.
Et iacobus dixit. Pes xp̄i pforatus eſt ⁊ sā
guis exiuit. Abscidiꭲ s̄s pedis digitus ⁊ ait
Magna mihi dies hec ē p̄ oibus diebꝰ. Ho
die qppe ad deū fortē ꝯuersus ibo: Abscide-
runt ⁊ tertiū ⁊ an̄ ipm pieceūt. Et s̄ridēs ia
cobus dixit. Uade tertie digite ad socios tu
os ⁊ quēadmodū granū tritici mltū fructū af
fert: ⁊ tu i nouiſſimo cū socijs tuis requiesces.
Absciditur q̄rtꝰ. ⁊ ait. Quare tristis es aia
mea: ⁊ q̄re cōturbas me? Spera in dn̄o q̄m
adhuc ꝯfitebor illi salutare vultus mei ⁊ ds
meus. Abscidiꭲ q̄ntus: ⁊ ait. Nūc incipiaꝫ
dn̄e ad dn̄m q̄m dignū me fec̄ sociū s̄uis suis
Tūc accedentes ad pedē sinistꝝ digitū par
uum absciderūt: ⁊ dixit iacobus. Digite pue

ꝯfortare:q꜄ magnus ⁊ puus vnā hʒ resurrectionē. Capillus capitis nō ꝓhibit:q̄to minus a socijs tuis minime sepaberis:abscidit scōs: ⁊ iac. ait. Destruite domuʒ veterē:q꜄ splendidior paraſ. Abscidit ttius:⁊ ait iac. Tōſidibus firmaſ icus. Abscidit ⁊ q̄rtus: ⁊ ait. Cōforta me d̄s vita. q̄ m̄ in te ꝯfidit aīa mea ⁊ in vmbra allaꝝ tuaꝝ spabo donec trāseat iniquitas. Abscidit ⁊ quītus. ⁊ ait. Ecce tibi me dn̄e imolo decies. Tūcq; accedētes pedē dextrū absciderūt. ⁊ dixit iacobus. Nūc offerā munus celesti regi p cui⁹ amore h̄ patior. Absciderūt ⁊ pedē sinistꝝ:⁊ btūs iac. dixit. Tu es qui facis mirabilia. exaudi me domine ⁊ salua me. Absciderūt manuʒ dextrā:⁊ ait. Mīe tue dn̄e adiuuēt me. ad sinistrā ait Tu es d̄s q̄ facis mirabilia:absciderūt dextꝝ brachiū:⁊ ait. lauda aīa mea dn̄ʒ lauda. dn̄ʒ ī vi. mea psallā d̄o meo q̄ʒ diu fuero. absciderūt ⁊ brachiū sinistꝝ:⁊ ait: Circūdederūt me dolores morꝭ ī noīe dn̄i vīdicabor ī eis. tūc accedētes absciderūt surā dextri cruris sciden tes vsq; ad femur. Tūc btūs iac. dolorē grauius exclamāſ ait. dn̄e iesu xp̄e adiuua me:q꜄ circūdederūt me gemit⁹ morꝭ. ⁊ ait carnificib⁹ Carnē nouā me dn̄s iduet:quā vr̄a vulnera maculare negbunt. Jā carnifices d̄fecerāt eo q̄ a p̄ª hora diei vsq; ad nonā ī ei⁹ īcisiōe sudassēt. tūc iterꝝ accedētes sinistri cruris suraʒ abscidēdo vsq; ad femur extrerūt: Tūc exclamās btūs iac. dixit dn̄ator dn̄e exaudi me semiuiuū viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ dn̄s. Digitos dn̄e n̄ hēo vt ip̄os ad te porrigā:nec man⁹ vt eas ad te extēdā. pedes mei trūcati ⁊ gēua d̄mollita sūt:vt tibi genua d̄mollita flectere n̄ valeaʒ:⁊ sū velut casura dom⁹ ablatꝭ qb⁹ sustētatur colūnis. exaudi me dn̄e iesu xp̄e ⁊ educ d̄ carcere aīaʒ meā. hec cū dixisset vn⁹ d̄ carnificib⁹ accessit ⁊ caput ei⁹ āputauit. Xp̄iani igr̄ occlte accesserūt ⁊ corp⁹ ei⁹ rapiētes honorifice sepelierūt. passus ē āt q̄nto calēdas decēbris.

¶ De scō Pastore abbate.



Astor in heremo multis annis in abstinētia magna se affligens multa sanctitate ⁊ religiōe pollebat:cum autem mater eius ip̄m ⁊ fratres eius desideraret videre sed non posset obseruauit diē. ⁊ illis ad ecclesiam eūtibus ꝓtinus se eidē obtulit. At illi fugiētes ⁊ cellā ītrantes in eius faciē clauserūt ostiū. Jlla aūt an ostiuʒ stans cum nimio fletu clamabat. Pastor aūt ad ostiū veniens dixit ei. Quid sic clamas o vetula:q̄ audiens vocē eius amplius clamabat flens ⁊ dicēs volo vos videre filii mi. qd enī si videaʒ vos:nūquid non ego suʒ mr̄ vr̄a que lactaui vos ⁊ iā canis tota sū plena:cui fili⁹. Hic nos vis videre aut in alio seculo:q̄ r̄ndit. Si non vide vos hic videbo vos illic filij:q̄ ait. Si equanimiſ ferre vales:vt nos h̄ nō videas illic ꝓculdubio nos videbis q̄ discessit gaudēs ⁊ dicēs. si vos visura sū illic:nolo vos videre hic. Judex ꝓuincie cū abbatē pastorē videre cupet:ʒ negret filiū sororis sue tan q̄ʒ malefactorē tenuit ⁊ in carcere posuit dicēs. Si pastor venerit ⁊ p eo itercesserit eū dimittā. Mr̄ igiſ pueri ad ostiū senis plorās dū ille sibi nil r̄nderet ait: Et si viscera ferrea hēs:⁊ nulla cōpassiōe moueris saltē miseratio sāguīs tui flectat te:⁊ qd̄ vnigenitus mihi existit. ille āt mādauit ei. Pastor filios n̄ generauit q̄ cū dolore discedēte dixit ei iudex. saltē vbo iubeat:⁊ ego eū dimittaʒ. Jlle āt ei remādauit dicēs. Examia cāʒ ꝑʒ legē ⁊ si dign⁹ morte hr̄:ꝓtinus moriaſ. sin aūt quod placet tibi fac. Docebat āt fr̄es sic dicēs. Custodire ⁊ seipsū ꝯsiderare ⁊ discretionē hr̄e opatiōes sūt aīe. Pauptas tribulatio ⁊ discretio sunt opatiōes solitarie vite. Scriptū ē. n. si fuerit hi tres viri:noe iob ⁊ daniel. noe psonā hʒ nihil possidētiū. iob tribulatoꝝ. daniel discretoꝝ. si duas res oderit mōachus pōt ab h̄ mūdo liber eē:⁊ q̄rētibus fr̄i q̄ eēnt:dixit. Carnalis r̄pausatio ⁊ vana glīa. Si vis requiē iuenire vʒ ī h̄ seculo ⁊ ī futuro in oī cā dic:quis sū ego ⁊ n̄ iudices quēq̄ʒ. ¶ Cū quidā fr̄ de ꝯgregatōe offēdisset abbas de ꝯsilio cuiusdā solitarij eū expulit:qui cū q̄si flēdo desperaret abbas pastor eū ad se adduci fec:quē benigne ꝯsolās misit ad illū solitariū dicēs. audiens d̄ te videre te desidero. fatiga igr̄ te vsq; ad me:qui cum venisset dixit pastor. Duo hoīes erant qui ābo habebant mortuos suos. reliquit āt vnus mortuū suuʒ ⁊ abijt plorare mortuum alterius:qd̄ solitarius audiens ⁊ itelligēs ī

ƀmone ei⁹ ꝯpũctus ẽ. ¶ Cũ qdã fr̃ pastori di
xisset se ꝑturbatuz esse ⁊ locũ velle debere.
eo ꝙ q̃dam v̾ba de quodam fr̃e audiuisset: q̃
eũ nõ edificauerant: dixit pastor: ne hec v̾ba
crederet: qꝛ v̾a nõ essent. Illa v̾o vera esse
asserebat: qꝛ fr̃ fidelis ea sibi retulerat: Cui
pastor. Nõ ẽ fidelis: q tibi dixit: qꝛ si fidelis
esset neq̃q̃ꝫ tibi talia dr̃et: Et ille. Ego vidi
oculis meis. Ille aũt interrogat⁹ de festuca
⁊ de trabe quid eẽnt. r̃ndit de festuca: ꝙ fe-
stuca eẽt ⁊ de trabe ꝙ trabs eẽt: ⁊ pastor. po
ne in corde tuo qꝛ pctã tua sũt sicut hic trabis
illius ãt velut hec festuca ꝑua. ¶ Frat̾ qdaꝫ
q pctm̃ grande fecerat volẽs penitere triẽ-
nio int̾rogauit pastorez si mltũ eẽt: qui dixit
multũ ẽ: ⁊ q̃situs si ãnuz iuberet ait. multũ ẽ
astãtes ãt dicebant vsqꝫ ad. 40. dies: ⁊ ille.
multuz ẽ: ⁊ adiecit. Puto ꝙ si ex toto corde
hõ penituerit: ⁊ pctm̃ meũ non intrauerit ẽt
ꝑniaz triduanã suscipiet dñs. Interrogatus
de illo v̾bo: qui irascit̾ fr̃i suo sine cã ⁊c. ait.
Ex oĩ re q̃ te grauare voluerit fr̃ tuus ne ira
scaris aduersus eũ donec oculũ dextrũ tibi
extrahat. ⁊ si alr̃ feceris sine cã sibi irasceris
Si aũt aliquis te voluerit separe a deo pro
ƀ irascere ei. dixit ãt pastor. Qui q̃rulosus ẽ
mõachus nõ ẽ. Qui maliciã in corde suo te-
nuerit mõachus ñ ẽ: q iracũdus ẽ: mõachus
nõ ẽ: q malũ ꝓ malo reddit: mõach⁹ nõ est: q
elatus ⁊ v̾bosus ẽ: mõachus nõ ẽ: q v̾o v̾e est
mõachus sẽꝑ ẽ humilis: mãsuet⁹: charitate
plen⁹ ⁊ timorẽ dei sꝑ ⁊ vbiqꝫ p̃ oculis hꝫ: et
nõ peccat. dixit iterum. ꝙ si sũt tres in vnuz
ex quib⁹ vnus bñ quiescat: alius ãt infirme
tur ⁊ gratias agat: t̾tius v̾o minister eius sit ex
sincera volũtate: hi tres sil̾es sũt velut sint
vnius oꝑis. ¶ Cuz quidã fr̃ sibi ꝯq̃reret̾ ꝙ
mlt̾as cogitatiões hñs in ipis ꝑiclitaret̾: eũ
sub aere nudo eiecit. d. Expãde sinũ apphẽ-
de ventũ: qui ait: nõ possuz: ⁊ ille. nec cogita
tiones ꝓhibere potes ne introeãt: sꝫ tuũ est
resistere eis. Interrogatus a quodã fr̃e quid
de hereditate sibi dimissa faceret dixit. vt
post tres dies ad se rediret: qui cum redissꝫ:
ait illi. si dixero da eã eccl̾ie faciẽt inde ꝯui-
uia. si dixero da eã ꝑentibus nõ est tibi mer-
ces: si dicã da cam paupibus securus eris.
quicquid ergo vis fac: ego causã non habeo.
hec in vitis fatrum.


Oannes abbas cũ per an-
nos. 40. in heremo habi-
tasset interrogauit eũ qui-
dã q̃ꝫtũ ex hoc ꝑfecisset. et
ille dixit ex quo cepi solita
rius esse nũq̃ꝫ me vidit sol
mãducantẽ: et ioãnes nec
me irascentẽ. Simile fere legit̾ ibidẽ ꝙ cuz
epiphanius eps̃ abbati hilarioni daret car-
nes. Ille ait. Ignosce mihi: qꝛ ex quo accepi
habitũ hũc non mãducaui qcq̃ꝫ occisum. cui
eps̃. Ex quo accepi habitũ hũc nõ dimisi ali
quẽ dormire: q aduersum me aliquid hẽet.
nec dormiui hñs aliqd aduersus aliquẽ. cui
ille. Ignosce mihi: qꝛ melior es q̃ꝫ ego. Uo-
lens ioannes ad similitudinẽ angeloꝝ nihil
oꝑarij: sꝫ deo sine intermissione vacare seip
suz expoliauit: ⁊ per vnã hebdomadã in he
remo fuit. Cũ aũt fame ꝑiclitaret̾ ⁊ aculeis
muscaꝝ ⁊ vespaꝝ totus vulneraret̾ reuer-
sus ad ostiũ fratris sui pulsabat: ad quẽ ille.
qs es tu: ⁊ ille. Ego sum ioãnes: fr̃ aũt dixit
ei. Nequaq̃ꝫ. Ioãnes. n. angelus fcũs ẽ: ⁊ in
ter hoĩes vltra nõ est. ⁊ ille. Ego vere suz ⁊
nõ aꝑiens ei dimisit eum affligi vsqꝫ mane
postea aperiẽs dixit. Si hõ es opus habes
iteꝝ oꝑari: vt pascaris ⁊ viuas: si ãt angel⁹
es qd queris intrare cellã: ⁊ ille dixit. Igno
sce mihi fr̃: qꝛ peccaui: cũ ãt moreret̾ rogaue
runt eũ fr̃es: vt aliqd̃ v̾bum salutarẽ ⁊ ꝯpẽ-
diosuz loco hereditatis sibi reliq̃ret: q inge-
miscẽs ait: nunq̃ꝫ feci ꝓpriã volũtatẽ: nec ali
quẽ docui qd̃ prius egoipse non fecerim:


Oises abbas dixit fr̃i pe-
tẽti a se sermonẽ. Sede in
cella tua ⁊ docebit te vni-
uersa. Cũ qdaz senex infir
matus ire vellet i egiptuz
ne fr̃es nimis grauaret: di
xit ei abbas Moyses: nõ
vadas qm̃ in fornicatiõe casur⁹ es q ꝯtrista
tus dixit: mortuũ ẽ corp⁹ meũ: ⁊ mihi ista di
cis: Cũ g̃ iuissꝫ ⁊ q̃dã v̾go ex deuotiõe sibi ƀ-
niret: ille ꝯualescẽs eã violauit: q̃ cũ filiũ pe
pisset senex pueꝝ in vlnis accipiẽs i die ma
gne festiuitat̾ q̃ erat i sithi eccl̾iaz corã fr̃uz
mltitudine itrauit. Cũ ãt oẽs flerẽt dixit. vi
detis ifantẽ hũc: fili⁹ ẽ inobedientie cauete
ergo vobis fr̃es: qꝛ in senectute ƀ feci ⁊ ora

te pro me: ⁊ pergēs ad cellam ad ꝑstinuz sta
tum reuersus ē. Alius quoqȝ senex cū dixissȝ
alteri mortuus suȝ: ille ait. Nō ꝯfidas in te
donec exeas de corpe: nā si dicis: q2 mortuꝰ
es: sathanas tn̄ mortuus nō ē. Cū frater qdā
peccassȝ miserūt ad abbatē moysez q accepta
sporta plena harena venit ad eos: quē cum
fratres q͂nam hoc eēt interrogarent. dixit.
Pctā mea sunt post me currētia ⁊ nō video
ea ⁊ veni hodie aliena iudicare pctā. Illi āt
hoc audiētes frī pepcerunt. Simile legitur
de abbate ꝑori: nā cū fratres de quodaȝ fra-
tre culpabili loq̄rent: ille tacebat. Cū g̊ acce
pissȝ sacculū plenuȝ harena retro ⁊ de eadē
harena modicū añ se ferret introgatꝰ qd h̊ es
set. dixit. Multa harena sūt peccata mea q̄
post me ferēs ipsa non ꝯsidero: nec ꝓ eis do
leo. Modica vō harena sunt pctā fratris añ
me posita q̄ semper ꝯsidero ⁊ ipȝ iudico: cuȝ
tn̄ peccata añ me semꝑ portare deberē: ⁊ d̄
ipsis cogitare: ⁊ pro ipsis deū rogare. Cum
autē abbas moyses fctūs fuisset clericus ⁊ i
posuisset eius suphumerale. dixit ei epꝰs. Ab
bas scūs est cādidatus. Et ille. A foris dn̄e
papa aut intus? Volēs aūt epꝰs eū ꝓbare. di
xit clericis suis: vt qn̄ ad altare accederet.
ipsum cū iniuria expellerent: deinde eū se-
quentes qd loq̄ret audirēt. Proijciētes āt
eū foras dixerunt. Exi foras ethiops: q egre
diens dicebat. Bn̄ tibi fecerūt cinerēte ⁊ ca
cabate: q2 cū homo nō sis q̄re te in medio ho
minū dare ꝑsumpsisti. hec in vitis patruȝ.



Rsenius cum adhuc i pa-
latio ꝯsisteret: ⁊ vt ad salu
teȝ dirigeret oraret: audi-
uit. Arseni fuge homines
⁊ saluaberis: accedens igi-
tur ad monachalē vitaȝ ⁊
ibidē orās audiuit. Arseni
fuge: tace: qesce. Legit .n. ibidē de hac qete
appetēda ꝙ cū tres fratres facti fuissent mo
nachi: vnus elegit discordātes ad paceȝ re-
